

3
(2)

Oratio ad regem Maxi,

milianū de laudibus atq; amplitudie Germaniæ,

Contra quēdam pseudopropheten, Carmen,

Carmen, Contra detractorem regiē maiestatis,

Germani sunt indigenę,

Opusculum qui authores legendi sint ad cōgruam
eloquentiam,

Comœdia, de optimo studio scholasticorum,

Elegia de duobus amātibus,

Elegia de miseria humanę cōditionis pulcherrima,

Satyra, cōtra detractores et perversos mores hominū,

Elegia de morte cuiusdā puellę formosissimę,

Epigrāmata varia,

Epitaphia multorum,

Hymni,

Panegyrici,

Inuectiue,

Oratio de vtilitate linguę latinę, et vnde eruditi elo-
quētesq; euadamus; & de optio p̄ceptore eligendo,



Ad Mattheū Lang virū Celeberrimū & Mecœnatē
poetarum.

Pellege Cæsareas laudes & Teutonicorū
Langi mecœnas, præfidiūq; meum,
Non vulgata quidem nec cōculcata videbīs
In triuīs passim subrudibusq; scholis,
Talīa, quę possunt remorari Cæsaris aures;
In primisq; tibi quę placitura scio,
Omnia iādudum (fateor) cui debeo iure
Pro tantis meritis, officioq; tuo,
Munera nō habeo; cū sim pauperrimus ipse,
Cum nequeat nūmos; carmina mittit iops,
Q; si me versus possunt ostendere gratū;
Cantabo laudes (dū mihi vita) tuas;
Atq; tuū nomen nūq; ventura silebit
Posteritas; famā si mihi fata dabunt.

Ex Innspruck in vigilia
pētecpstes, M.D.I,

Oratio De Lau. Ger.

Oratio Henrici Bebelij Iustingensis Sueui, Ad Augustiss. atq; sacratiss. Ro. regem Maximilianũ, de eius atq; Germaniæ laudibus.

I Pompeiũ magnũ Cęsar illustrissime ob hoc
s laudauit antiquitas; q; ad eũ faciles aditus esset
etiã priuatorũ, quãtis tu mitissime Imperator
pconis laudari mereris, qui oibus etiã humillimis fac
cillimũ das accessũ, vt neq; te Moses apud hebreos,
neq; Titus Vespasianus apd Romanos vel facilitate
vel mäsuetudie vincat, Qui ut cuctos mudi principes
dignitate exupas, ita nulli etiã ex ifimis comitate de
bes existiarĩ inferior, Mihi igit te adeũti sacratiss. rex
icessit, & leticia et tior, Leticia quidẽ uel incredibilis,
q; ego adulescens infime cõdiciõis humillioq; loco na
tus, tantĩ viri affandi copiã sim nactus, regis scilicet
terreniq; dei, quicq; talis et tãtus sis, ut oim iudicio nõ
solũ pntes orbis terre reges, et in hũc vsq; diem viuẽ
tes animi magnitudine, disciplĩa militari, singulariq;
prudẽtia lõge excellas, Verũ etiã in oĩ genere laudis
et glẽ, omnes supiores reges quacũq; tãdem hij etate
floruerit, si non exupaueris, equasti tñ oino adeo, ut
clementia Cęsari, iusticia Traiano, pietate Antonino,
grauitate Alexãdro Seuero nũq; cedas, Neq; int re
ges tñ, verum etiã inter illustres viros (vt de Pyrrho
tradit Iustinus) nec quẽq; te vno, aut vite sanctioris,
aut iusticie probatõris inuẽtum iri posse cõtẽderim,
Cuius itẽ domi militiq; tãta tãq; pclara sunt faciõra,
vt ne inimici quidẽ queri, nisi de magnitudine et pru
dẽtia tua audeãt, has ego tuas virtutes aĩo cõplectẽs
diuinãq; maiestãtẽ tuã corã aspiciẽs, totus cõtrẽisco,
titubat ligua, tremũt labia totũq; corpus in cõposito
quodã mō vacillat, Nec id quidẽ imerito, nouisse enĩ
debebã corã florẽtissima maiestãte tua, hoc eminentĩ
a h

Oratio

tissimū dicēdi genus cōsequi posse neminē, nisi qui sit sūmis eloquētię viribus, tullianoq; flumie instruētus: quiq; memoria ppe diuina p̄ditus, in primisq; eruditōe singulari atq; doctrina insignis atq; exercitatus. Qd̄ in me nemo desiderare debet, qui i ociosis tm̄ philosophorū rhetorūq; scholis versatus, nūq; in publicū p̄gressus sum, nedū orauī in corona p̄cipū. Sed recreat me ac equiori aīo esse iubet Cēsar quidā dulcissimus afflatus, de tuo illo benignissimo p̄cedēs vultu, sinitq; me paulo erectius loqui, in mediumq; qd̄ institui effundere. Scio itaq; impator sacratissime moris esse eorū, qui apud te oratorio munere fūgūt, vt longa serie: maxio verborū ambitu: grauissimisq; et ampullosis sentētiis te cohortēt ad pacem Germanię, vniuersalisq; ecclie Romanę cōponēdā. Quiq; p̄suadeāt expeditōes in Turcarū ferocissimam gētem, q̄q; oportunitate, et quibus admiculis id fieri possit, tua masuetudie euecti, longius equo effusiusq; orōe euagant, a quibus in presentia longe est mihi aliena mēs, ne ego (vt est i p̄uerbio) Mineruā docere velle videar neue mihi adulescēti accidat, qd̄ euenit Phormioni iam grandis etatis phō. Nam (vt scribit nobis Cicerō) cū Annibal Carthage expulsus, Ephesū ad Antiochū venisset exul, proq; eo, q̄ eius nomē erat magna apud oēs gloria iuitatus esset, ab hospitibus suis, vt Phormionē eū quē dixi si velit audiret, cūq; se non nolle dixisset, locutus esse dicūt homo copiosus aliquot horas, de impatoris officio, et de omni re militari: Tum cū ceteri qui illū audierāt, vehementer essēt delectati, querebāt ab Annibale quid nā ille ip̄e d̄ illo philosopho iudicaret? Hic p̄cenus nō optie gręce, tm̄ libere respondisse fert, mltos se deliros senes sepe vidisse, sed qui magis q̄ Phormio deliraret vi

De Lau. Ger.

difflē neminē, neq; me hercle iniuria, quid enī aut ar-
rogātius, aut loquatius fieri potuit, quā Annibali qui
tot ānos de impio cū pplo Romano oīm gentiū victo-
re certasset, grēcū hoīem, qui nūquam hostē, nūquā
castra vidisset, nūq; deniq; mīmā ptem vllius publici
muneris attigisset pcepta dare de re militari, hoc mi-
hi omnes isti facere vident rex Maximiliane, qui tibi
pcepta militaris disciplinē dare cupiūt, ī qbus a pue-
ro vsq; in hūc diem vel summa laude tua versatus es,
tātaq; & tā eminētissima de te stratagemata ipatoria
priuatiq; militis aiosa opa pstitisti, vt non solū cū An-
nibale aut Alexādro Magno, sed cū omni antiquita-
te in oīm bellicarū rerū, et peritia et virtute possis cer-
tare quā gloriosissime, Hoc idē mihi facere oīes isti
vidēt, qui te longa oīe cohortari instituūt ad pacem
Christianā, aut armare ī funestissimā Turcarū gentē,
cū tu cūctis picipibus Germanis dormitātibus solus
et idē diu nocturq; vigilātissimus, ea q̄ ad statum pub-
licū p̄tinēt optie p̄uideas, et solertissime pensites, qui
nihil ātiquius ducis, quā cōsulere cōmuni oīm bono,
quā p̄spicere publicē Christianorū omniū vtilitati &
gloriē, eaq; sequi atq; amplecti, quē Romano impio
et ornāmēto & splēdori futur a credas, Nec quicquā
credo tam in abdito esse eorū omniū quē nihil pfutu-
ra sunt impio vel obfutura, quod tibi cogitātī non sit
ī p̄mptu, quod est rex Maximiliane nobis Germanis
necessariū in primis, nam dū singuli p̄cipes post haz-
bitis rebus publicis vel cōmodo priuato student, vel
dum eorū quidam siltatibus, et intestinis seditiōibus
solūmodo sunt intēti, reliqui voluptatibus tm̄ indul-
gent, quē sunt vel prima instrumenta, per quē multa
oppida, nationes validissime āplissima regna atq; im-
peria corruerunt, breui futurum timeo, nisi tu Cesar
a iij

Oratio

qui labentem iam pridem remp. Germanā ab occasu
restituisti. auspiciatissima tua solertia et prudentia ad sis.
vt totū hoc florētissimū imperiū quod maiores nostri
virtute. multo sanguine & rebus gloriosissime gestis
nobis peperūt p̄ socordiam et negligētiam amittamus.
inque turpissimā seruitutē redigamur: quod tñ te sospi-
te nūq̄ ptimescemus. dū hoc vnū nō neglexeris quod
Vergilius monuit. Parcere subiectis et debellare sup-
bos. Exacta enī nocte videre videbar in somnijs. ve-
tulę mulieris imaginē humana grādiore et augustio-
rem laceris tunicis et habitu omnio deformi. adeoque
macie et squallore cōfectā. vt nemī nō horrorē cū mi-
seratiōe moueret. ceterū ita cōspicuo capite. vt tanto
ex fulgore visus hebetaret et q̄ntū videre potui sero
Laureo cictū erat. Ego itaque tanto ex capitis fulgore.
ceterorū autē mēbrorū putredine et horrore exanimis
ceciderā. nāq̄ calor ossa reliqt (vt cū Virgilio loquar)
et vox faucibus hesit. nisi illa me apprehendisset. filiūq̄
inclamās consolata esset. Ego ex hīs verbis paulatim
resumēs animū. agnouī m̄em esse Germaniā. qua sa-
lutata et tam varia mēbrorū valetudie atq̄ cōdicionē
quesita. illa singultu diu verba impediēte. tandē hec
fartur achrymās. I celer bebeli ad regē meū et filium
chlariss. Maximilianū. non enī priuatorū dedignatur
accessum. narra cōdicionē meā. narra deformitatem
narra lachrymas et assiduū luctū in quo tabesco peni-
tus. dic sese vnicū esse m̄is refugiū et solamē. in quo
omnē sp̄e. ab eo tempe quo ex vtero materno p̄duxī
reposueri. sese omnīū filiorū esse caput florētissimū.
cetera mēbra oīa marcescētia. dic bono animo sit. nec
desperet meliora lapsis. vt qui sua viriditate et vigore
plā adhuc mēbra reficere ac recreare possit. Ea vero
que nimīū putrēt oīno rescindēda curet. nec aliā saluz

De Lau' Ger.

tis spem restare, nisi medicina medullitus adhibeat. dic displicere mihi in primis cōuētacula nobiliū et pcerum, qua se subtrahāt a sancta obediētia. Dic secū reputet, quę causa Persas, Macedonas, Gręcos parit et Romanos subuerterit, iueniet pfecto ppriū cuiuscūq; studium, cōmodū priuatū et intestinas seditiōes (quibus oibus maxime nostri laborāt) oīm regnorū fuisse destructionē, in summa dic regē meū esse eum, qui confessio oīm sit fortissimus, iustissimus, Christianissimus, nemo illū voluptati deditum, nemo libidini, nemo ocio accusat, nēo a recto iustoq; deuiantē. Sola clemētia eius tāta ē quę ad cōmodū et gl'iam Germanię damnari debeat, nā adeo obstinatę sūt oīm aures, vt nō elemētia sed tyrānide opus sit. Hęc locuta protinus euauit, Ego aut ne (vt pfatus sum) sus mineruā docere videar, paucis dixisse cōtentus sum, cū mihi de hijs rebus nō sit instituta oratio, sed longe alia psequar, cūq; obiter quędā et eadem pauca sim dicturus sacratiss, rex de incredibilibus ijsdemq; imortalibus tuis virtutibus, longe etiā mihi aliena mens est, ac ceteris, Pleriq; enī omnes in principū laudibus recēsendis, ad longū herent ī enarrādīs maiorū suorū nobilitate, rebus gestis, diuitijs, honoribus, ceterisq; id genus, quę ego etsi vnus oīm maxie de te possem pdicare qui es ex ea familia Austrię scilicet natus inclyta & florentissima, quę tot regū atq; impatorū mater, sepe etiā Pānonię, sepe Boemię, quādoq; Polonię reges dedit, oīa tñ misla facio, ne aliena iactare in te videar, neue aliorū laudes tibi vsurpare iudicer, quē oīm laudū et aplissimarū quarūq; virtutū, veluti exēplar intuemur, nec itē de rebus tuis gl'iosissime gestis in pscētia nobis sermo futurus est, Si enim foelicissimos tuos

a iij

Oratio

triūphos, faustissimaq; trophæa, quæ sūmo cū honore tuo de Francis, Eburōibus, Sycambris, Batauis, Morinis, Frisijs, Hungaris reportasti, et si libere p̄ globū ceterarū rer; fortiter a te gestarū pagrare vellem, nō essem p̄ua oratiōe cōtentus, sed p̄petuo q̄dam historiar; cōtextu, tua excellētissima p̄conia posteris demādarem. At si me audire vis rex Maximiliane, mlti iueniūt, qui ignē inferāt vrbibus, qui iexpugnabilia seclis, et p̄ aliquot etates tuta p̄sternāt, qui equū arcibus aggerem attollāt, et muros in mirā altitudinē adductos arietibus ac machinis quassent, mlti sunt qui ante se agāt agmīa, et tergis hostiū graues instent, & ad mare magnū pfusi cede gentiū veniāt. Sed hī q̄q; vt vicerēt hostē cupiditate victi sunt, nemo illis venientibus resistit, sed nec ip̄i ambitioni crudelitatiq; restiterāt, tūc cum agere visi sunt alios, agebant, agebat in fœlicē Alexandrū furor aliena deuastādi, & ad ignota mittebat, nō ergo te maxie rex laudo quia magnos duxeris exercitus, hos enī et Cambyses (scribit Seneca) furiosus ac furore fœlicif vsus habuit, sed ob egregiā animi moderationē, cōtinētiam, tēperātiā, munificentiā, māsuetudinē, comitatē, religionē ceterasq; virtutes p̄pe īfinitas, et vt cū psalmographo loquar dilexisti iustitiā et odisti iūquitatē p̄pterea vnxit te deus deus tuus oleo leticię p̄cōfortibus tuis, atq; vt animi mei sensum omnino aperiā idem mihi de te optime iure p̄dicare concessum est, quod Plinio de Traiano imperatore, Enituit aliquis in bello, sed obsoleuit in pace, alium toga sed nō et arma honestarūt, reuerentiā ille terrore, alius amorē humanitate captauit, ille quęsitam domi gloriam in publico, hic in publico partē domi pdidit, postreō adhuc nēo extitit

de Lau. Ger:

cuius virtutes nullo vicioꝝ confinio lederẽt. Tu autẽ
hęc oĩa coniũxisti oĩm iudicio. vt int̃ se de excellẽtia
certare videant̃. et qđ cui p̃ferat̃ sit iudicatu difficillĩ
mũ. Sed quid ego adolescẽs oĩm rerum impĩtus. tuas
explicare laudes conor̃: de q̃bus honestius est tacere
q̃ pauca dicere. quas et de te p̃dicari sola cõscia con-
tentus minie exigas. et mihi de hĩs nõ sit iŃtituta oĩo.
vtputa minie idoneo. At gloriosissime rex. vt tãdem
flectat̃ oĩo ad institutũ ñm. omnis nobis sermo apđ
sacratissimã maiestatẽ tuã habendus est. de laudibus
Germaniẽ. deq̃ inopia scriptorum apud eosdẽ. Libet
itaq̃ lamẽtari et deslere. iniquã maiorũ ñorũ cõditio-
nem. q̃ apđ Germanos repti sint qui egregia facerẽt
plĩmi. qui scriberet nullus. Hoc cõqueror apud te Im-
perator. hoc me in lachrymas p̃rũpere cogit. Si enim
scriptorũ b̃nificio illustria foris domiq̃ gesta Germa-
norum. ad posterostrãsmiŃsa essent. essetq̃ in recentĩ
mẽoria ea fortitudo anĩ. ea strennuitas. ea in rebus
gerẽdis perĩtia. quas dese prestiterũt Caroli. Ludo-
uici. Lotharij. Fœderici. Othones. Henrici. Conradi.
Rodolphi. Alberti ceteriq̃ Germaniẽ Impatores. nõ
semper grẽcia mendax suos. Thesea. Themistoclem.
Periclem. Milciaden. Cononẽ. Epaminũdam. Codrũ.
Pausaniã. Alcibiadẽ ceterosq̃. Roma ṽo suos Curios
Fabios. Cæsares. Flauios. Scipiões. Oratios. Regulos
et alios. ad omne virtutis exemplar opponerẽt. quos
nostri nõ solũ equarunt reꝝ magnitudine. verũetiam
longe supauerunt: ex hoc ṽl maxie. q̃ hĩs nõ equitas
aut vlla virtutis ratio querebatur: sed sola regnandi
libido. Ñorũ aut̃ omnes labores. oĩa pericula. omnis
deniq̃ militia suscepta est: pro deo. pro fide. proq̃
augẽda Christiana religione Qđ si vllus est defunctis
(vti nõ dubitãus) sensus. profctõ horũ manes ingemĩs

Oratio

scere credendū est, cū tot labores incassum sibi fuissē susceptos intelligāt, et tot nequicq̄ egregia opa non solū pro nostra patria, sed etiā pro totius Christiane religionis cōseruatiōe et defensiōe, sint nō solum aggressi, verū etiā summa cū laude cōfecerint, vt cum suis ip̄i sudoribus et auspicijs Romane ecclie peperit tale incremētū, quale nō Macedo Alexander suis, v̄ Cæsares, Pompeij, Scipiones et ceteri ambicioso Romano impio. Attē omnes oratorū poetarū historicoꝝ & philosophoꝝ deniq; libri referti sūt, Romāis et gr̄cis ad omnē posteritatis emulatiōē. Nemo memit Federicorum, Caroloz & Othonū ceteroꝝq; quibus ad omnē nepotū exēplar, nihil repit oīno expressius. Nō ē alia causa q̄ q̄ res eoz gestē, scriptorū penuria venerunt in obliuionē. At si pro rerum dignitate laudari debet Germania, inuenies eā esse regionē, q̄ de omī genere laudis ac virtutis, cū quauis nō mō earz, que hac tempestate p̄clare habent atq; celebres, verū cum omni antiquitatis mēoria cōtēdere possit: Quicquid enim virtutis peculiare est cuiuscq; regionis, hoc totum nr̄i sibi vendicāt, vt nō imerito dicere possimus, Sola Germania habet laudū quicquid omnes possedimus, Germani igit̄ q̄les sint, ip̄m nomē liquido ostēdit, qm̄ nulla est gens ex oibus terrarū regionibus, quarum habitatores historia cognoscūt, v̄ q̄rū mēoria ad nr̄a vsq; t̄pa scriptorū b̄nficio puenerit, que tale nomen etiā cum rerum pondere sortita sit, qd̄ (nec abre) non solum corpis; sed etiā animi bonitatē cōplectit, Dicimur enī Germani vel a germinando, Germania enī teste Solino diues viroz, tra frequēs populis numerosis et immanibus, q̄z corpa et p̄cera sunt & cādida et pulchra, sumusq; bellicosi a natura. Et q̄ sine nr̄oz laude nūq; memisse possum, Germani dicimur quasi

de Lau. Ger:

frēs. nūq̄ enī tanta laborarūt maiores nostrī intestīna
 seditiōe. quī nō aduētātibus externis hostibus. sum-
 mā cōcordia & fr̄nitate ut ita loquar coadunati. fortit̄
 et vnanimēs hostibus cōgrederēt. et manū confere-
 rēt. Nec Strabonē (pcat mihi hō gr̄cus et q̄ nō vidit) ī
 hoc loco admittā. qui voluit nos dictos quasi frēs gal-
 lorū. q̄ pprietate corporū. forma et moribus et viuēdi
 ritibus. illis esse similes. quos sp̄ p̄ceritate et pul-
 chritudie corpū. in om̄iq̄ virtute atq̄ p̄stātia militari
 longe sup̄auimus. Id qd̄ exteri exhibēt. Agrippa enī
 rex Iudeorū laudās Germāos a fortitudie. Gallos nō
 a fortudie. sed a diuitiis cōmēdat. Cēsar aut̄ dicit Ger-
 manos mltum a cōsuetudine Gallorū differre: cum
 eorū vita omnis in venatiōibus. atq̄ in studijs rei mi-
 litaris cōsistat. a puulis. duricie ac labori studentiu.
 Gallos aut̄ molles esse dicit. Nā vt (inquiens) ad bella
 suscipiēda Galloꝝ alacer ac p̄mtus ē anius sic mollis
 et ac mīme resistēs. ad calamitates p̄ferēdas mēs eorū
 est. q̄s alibi infirmitatis idē accusat. Et alio loco. Galli
 paulatim assuefacti sup̄ati: multisq̄ victi p̄eliis. ne se
 quidem ip̄i cū Germanis virtute cōparant. Confirmat
 et Cornelius Tacitus. Treuirī et Neruij circa affecta-
 tionē Germanę originis vltro ambitiosi sunt. tāq̄ per
 hanc gloriā a similitudie et inertia Galloꝝ separent.
 qui Galli. et si hodierno die sint n̄m ḡns. & a Germa-
 nis maiori ex p̄te dscenderit. adeo t̄n degenerauerūt
 a nobis. forsan ex mitiori celo. vt fratres nobis nec a
 bonis corp̄is nec animi possint iure censerī. Preter ple-
 rosq̄ Belgas. qui in n̄m nom̄ et iurisdic̄tōnē penitus
 transierunt. Belgaz̄ enī clarissimi Treuir̄ itē Heluetij
 Rauraces. Tribotes. Nemetes et Vuāgiōes et pleriq̄
 Belgę ignominie loco acciperēt se Gallos vocari. nec
 Cornelio Tacito assētior qui Germanie vocabulū rez-

Oratio

cens esse dicit. tñq; eos dici Germanos qui trās Rhe-
nū pulsīs Gallīs cōfederint. ita eñ inquit. Ceterū Ger-
maniē vocabl'm recēs et nup̄ auditū: quoniā qui primī
Rhenū trāsgressi Gallos expulerūt, ac tūc Tungri nūc
Germani vocati sunt ita natiōis nomē eualuissē paula-
tīm: vt omēs primū a victore ob metū: mox a seipsis
inuēto nomīe Germani vocarēt Primū q̄ antiquitus
Germania vocitata est. quē nūc Frācia dicit. Ita refert
diuus Hieronimus. In Saxones quippe et Alemānos
gēs nō tā lata q̄ valida. ap̄d̄ historicos Germania nūc
v̄o Frācia vocat. Et Iulius Cēsar. veros Teutones qui
duce Ariouisto Rhenū trāsgressi sunt noītauit Ger-
māos. Recēs etiā nomē nego. q̄ntū enī historiē v̄l anti-
quissimē tradūt. & ab eo tpe quo lingua latina in exte-
ras natiōes vagari cōepit. dicta ē hęc regio Germania.
Antiquitusq; Germāos Rhenū traductos Belgarū ī fi-
nibus cōsedisse cōperius. Et T. Lūius Germāorū me-
minit tpe Brēni et Senonū in itālia. vñ et eius deriuatō
explodī potest. nos verū dedimus Germaniē inpre-
tamētū. Et vt dicā qd̄ sentio Cēsar augustissime. Quē
est natio alia sub cēlo. vbi tanta tā q̄ sincera nobilitas
principū sit. vtī apud Germanos: vbi tot genrosi pro-
ceres: vbi tot fortissimi equites: totq; aniosi milites:
nec est itē ex vniuerso terrarū orbe alia natio. vbi sit
tanta populī mltitudo. vbi sit tñ roboris atq; animi:
id qd̄ etiā remotissimis a nobis gentibus est in aperto.
Silentibus enī nobis cōfirmat (teste Iosepho) Agrippa
rex Iudeorū in cōcione. Quis v̄m (inquiēs) nō audiuit
mltitudiē Germanorū: virtutē q̄q; & magnitudiēs
corpū. vt arbitror sepe. vidistis. Sed illi quidē ita in-
gentē spacijs regionē incolentes. spūs autem minores
corporibus gerētes. et aīam quidē cōtēptricē mortis.
indignatiōes aut̄ vehemētiōres feris &c Ecce quanta

De Lau. Ger.

laus ab extēnis. At quid plibus moror in re aperta. cū
lōge maiora restēt. quę est demū gens alia. quę suos
fines adeo longe lateq; in omēs mūdi angulos protu-
lerit. vt nostra. Germanię enī fines. vtī veteres rerum
scriptores pdiderūt. ab oriēte Hīstula fluuius et Hun-
garię limes fuerunt. Ab occidēte Rhenus. A meridie
Danubius. A septētrione Oceanus et mare Baltheū
quod et Sueuicū appellant. Nūc quātū extra hos ter-
minos. non solū victricī manu vagati sumus. quod cū
plibus phīs et regibus potest nobis esse comune. ve-
rūt iā adhuc possideamus. et ea cōdītōne. vt se aliud
esse genus a nobis penitus ignorēt. nō obscure datur
intelligi. Ab oriēte sepe cruēto marte Hungaros per-
cussimus. nostra est vltra Hūgariā regio septē castro-
rū vt vulgo dicit. cuius gētes Iazigas Methanastas.
vī cōmuniōri vocabulo Dacos appellitauit ātiquitas.
Quod si versus meridiē pcedas. Rhætos. Videlicōs.
Noricos hoc est Boioarios atq; Alpestres circū iacē-
tes. Austriā. Stiriam quondā Valeriam dictā. Alpestq;
possidemus vsq; in gremiū Italię pgressi. magnaq; ex
pte Hīstros & Liburnos. quorū regionē vt mlti existi-
māt. hodie Carni Croatini et Carinthiā obtinēt. in di-
tionē nrām redegimus. Sepe itē Ligures et Insubres.
nūc Lōgobardos. Deniq; quę ē et gēs a nobis Sueuis
originē ducēs iuxta Corneliiū Tacitū qui Longobar-
dos int̄ Sueuos ānumerat. Sepe Thuscōs. Siciliam.
Gręcos. totāq; Italiā cruēta manu cōtudimus. Nonne
maiori expte Germani fuerūt de qbus scribit diuus
Hieronimus ad Heliodrū. Horret anius tempū nrōrū
ruinas psequi. Vigiti et eo āplius sunt anni. quod int̄
Constantinopolim et Alpes Iulias q̄ttidie Romanus
sanguis effundit̄. Scythiā. Thraciā. Macedoniā. Thef-
salonicā. Dardaniā. Daciam. Achaiā. Epiros. Dalma-

Oratio

trā cūctasq; Pānonias. Gotthus. Sarmata. Quadus.
 Alanus. Vandalī. Marcomāni vastant. trahūt. rapiūt.
 Longobardi itē de quibus sup̄ diximus. Germani qd
 egerit in Italia et Gallia (cuius ad huc partē possidēt)
 neminē latet. qui et ip̄i Pānoniā olim occupasse pre-
 dicant. expulsis prius Hunorū populis fortissimis. Ab
 occidēte nemo est qui nesciat q̄ late n̄m nomē ptulit
 mus. nostri sūt eiectis Gallis q̄ndā Heluetij. n̄ri Rau-
 races. nostri Tribotes. Nemetes. Vangiōes. Treuiri.
 Neruij. Cōdrusi. Menapij. Mediomatrices. Vb̄ij. Ebu-
 rōes. Bataui. Morini. Leopōtj. Aduatici. Frisij. Am-
 biuariti. Magūtiaci. Allobroges. Bethasij. Leuci. Se-
 dusij. Segni. Suesij. Nantuātes. Tulligni. n̄ra est Bri-
 tānia quā Sueui Anglij quorū memit Cornelius Ta-
 citus possidētes Angliam nomitauerūt. Picti item et
 Scoti Germani sunt populi. q̄ si dempseris Francos et
 Burgūdiones qui fuerūt Germāi. et Germāis oriūdi
 nomēq; terre dederūt. totā pene Galliā sustulisti. De
 cuius calamitatibus ita loquit̄ n̄ Hieronymus. Gens
 Thethonū ex vltis Oceāi atq; Germāie p̄fecta littoris
 bus om̄es Gallias inundauit. sepiusq; cēsis Romanis
 exercitibus ap̄d aq̄s Sextias Mario pugnāte supata
 est. Idē innūerabiles et ferocissime natiōes vniuersas
 Gallias occuparūt. quicq; inter Alpes et Pyreneū est
 quod Rheno Oceanocq; icludit. Quadus. Vandalus.
 Sarmata. Halani. Gipedes. Heruli. Saxones. Burgū-
 diones. Alemāni et o lugenda resp. hostes Pannonij
 vastarūt. Magontiacū nobilis q̄ndā ciuitas capta atq;
 subuersa est. Vangiōes m̄lta obsidiōe deleti. Remorū
 vrbs p̄potēs. Ambiani. Attrebatē. extremiq; hominū
 Morini. Tornacum. Nemetē. Argentoracū trāllatē in
 Germaniā. Aquitaniē. nouēq; pplōrū Lugdunēsis &

De Lau. Ger.

Narbonēsis puincie p̄ter paucas vrbes populata sūt
cūcta. Quid dicā d' Hispania: que Germāorū fortitu-
dinē mltis cladibus sensit. nōne et Sueui nri vastatis
Gallijs Pyreneoq; supato Hispanias igrediūtur. omnia
vastates ac dilaniates. tandē i Galecia cōfederūt. ibiq;
septē p ordinē reges habuerūt. Si aut pgas ad septē-
trionēnra est Prussia. cuius habitatores antea Hul-
merigos v' Bructeros dictos ex māibus ifideliū de-
trahētes nobis et Christiane reip. ciues fecimus. Sūt
p̄terea Cimbri q̄s nūc Daunos vel Dacos vocamus.
Sueti. Noruegij et Gotthi in vltimis orbis regiōibus
siti. p bellicosam Germaniā Christianitati donati. q̄s
tñ oēs Germāie finibus cōtineri cōsultissimis cosmo-
graphis p suatum est. In Balteo eñ mari (quod melius
Sueuicū a Sueuis et Sueuo mōte vt post dicā dicerēt)
Insule sūt mltę. ipsius Germāie et p̄ferti Scādauiā oīm
clarissima. vnde Gotthos exisse omēs eruditi iter re-
cētiores scriptores affirmāt. et Gotthia ipsa v' hodie
dicūt. v' qd magis credibile est. cū incōpte sit magni-
tudinis ps Scandauie esse pōt. De insulis igit Sueui-
ci maris. verba Plinij adducēus li. iiii. na. histo. dicē-
tis. Incipit inde clarior apiri fama ab gēte Ingeuonū.
que est prima. inde Germanie Sueuus mōs ibi imen-
sus. nec riphēis iugis mior. immanē ad Cimbros v'q;
promōtoriuū efficit sinū. qui Codanus vocat. refertus
insulis. quarū clarissima. Scādauiā est incōpte mag-
nitudis. portione tm̄ eius quod sit notū Hilleuionum
gente. quingētis incolēte pagis. que alterum orbem
terrarū eam appellat. nec minor est opinione Eningia
quidā hec habitari Vistulā v'q; fluuiū a Sarmatis Be-
nedis in Scyris Hyrris tradūt. Sinū Clylipenū vocari.
et i ostio eius insulā Latrin. Mox altere sinū Lagnum

b ij

Oratio

cōterminū Cimbris. p̄montoriū Cimbrorū excurrēs
in maria lōge. peninsulā efficit. quē Hautisus appel-
latur. xxiiij. mille passuū. Inde insule Romanis armis
cognite. Earū nobilissima Burcana. Fabaria n̄ris dicta.
a frugis similitudinē sp̄ote p̄ueniētis. Item Glessaria a
a fucino militiē appellata a barbaris Austerania. p̄ter
terq; Actania. Tota aut̄ hoc mari ad Scaldin vsq; flu-
uiū Germaniē icolūt gētes. haud explicabili mēsurā.
Hęc Plin. Ego vt ad istitutū redeā. Liuronij maioribus
etiā icogniti. in fidē Christi et Teutonū dominiū cō-
cesserūt. Q; si i vniuersū. n̄rorū illustria facta recēdere
libet. paucē sūt gētes i vasto trax̄ orbe. quē nō aliqua
ex parte Germanicū martē sint exptē. vel saltē nostrū
nomē nō formidauerit aliqñ. Romani vero terrarum
domitores. & si nobis sepe fuerit superiores. nunq; tam
hos sine cruēta et luctuosa victoria domū remisimus.
quos et sepe vicimus. et memorabili clade affecimus.
Testis est nobis Cornelius Tacitus nō Germāus sed
Romanus scriptor. Sexcētesimū et .xl. ānum (inquit)
vrbs n̄ra agebat. cū primū Cimbrorū audita sūt arma
Cecilio Metello. ac Papirio Carbone coss. ex quo
si ad alterū impatoris Traiani cōsulatū cōputēus .cc.
ferme et .xx. āni colligunt̄. tamdiu vincit̄. medio tam
lōgi cui spacio m̄ta iuicē damna. nō Samnis. nō Pœni
nō Hispaniē. Gallique. ne Parthi quidē sepius admo-
nuere Quippe regno Arfacis acrior est Germanorū
libertas. quid enī aliud nobis quā cedē Crassi amisso
et ip̄o Pacoro infra Vētidii deiectus oriēs obiecerit.
At Germani Carbōe et Cassio. et Scauro Aurelio. et
Seruilio cepiōe M. q; Mālio fufis v̄captis quicq; cō-
sularis exercitus Po. ro. Varum tresq; cū eo legiones
etiā Cēsari abstulerūt. nec ip̄one C. Marius in Italia.
Diuus Iulius in Gallia. Drusus ac Nero et Germani

De Lau. Ger.

cus i suis eos sedibus pculerūt, mox igētes C. Cēsaris
minē in ludibriū verſe, inde iociū, donec occasione diſ
cordiē nre & ciuiū armorū expugnatīs legiōnū hy
bernīs, etiā Gallias affectauere, ac rursus pulſi, inde
proxīs tēporibus triūphati magis q̄ victi ſunt. Q̄re
Florus bñ dixit Germaniā q̄q̄ vtinā vincere tantū non
putaſſent Romani, magis turpiſ amiffa eſt q̄ glorioſe
acquiſita. Nōne et Lollius ab Auguſto in Germaniā
miſſus, maxia cū ifamia bello victus eſt, Et Vannius a
Druſo Cēsare Sueuis impoſitus turpiter trucidatus.
Quid ſub Galeno impatore ſc̄m eſt, Germani in oēs
Romāorū fines iuehūt, Alpibus, Rhetia, totaq̄ Italia
penetratis, Rauēnam vſq̄ pueniūt, Alemanni Gallias
peruagātes etiā in Italiam trāſeūt, Quadi et Sarmate
Pānonias depplanē, Germāi vltiores abraſa potiūt
Hiſpania, Hęc Paulus Oroſius ad Auguſtinū, Sed qd
de Vandalis et Gotthis, que ambę gētes fuerūt Ger
manię, habuerūtq̄ verā originē a Germania, qui qd
i Gallia, Hiſpania, Sicilia, Illiride, et in Pānonia egerit
bellicoſa manu, nemo ē qui neſciat, Hīj toti Italię, Ro
manęq̄ vrbi (q̄ ſepius captā ſpoliauerūt diripuerūt
q̄ iugū ipofuerūt, qui potius lacerarūt miſerrie, Grę
cia, Macedonia, Pōtus & Aſia, Gotorū iundatiōe de
leē, Pānonia itē et Mœſia, et oīs Illyris occupat, Hui
q̄ ab hīs victi Vandalī aut oīa p vtraſq̄ Mauritanias
Numidiāq̄ pplati ſūt, Carthago ab ijs capta, Immo et
tota Africa Egiptū vſq̄ et Aethiopiā, ab iſdē late do
minātibus occupata, Huui ſiue mauiſ Hūgari poſtre
mū lōge lateq̄ p̄dicant nec īmerito, iqr̄ nomē barba
ruſq̄ exercitus, toto terrarū orbe formidabiliſſimus
fuit, Tedet dicere quas clades, queq̄ detrimēta Illy
rijs, Thracibus, Italię, Gallię, Hiſpanię, etiā Germāis,
ceteriſq̄ natiōibus intulerit, ſed a quibus queſo, non

Oratio

semper et iterum, verum sepius victi sunt quam a Germanis Carolus Magnus suis eos in sedibus, hoc est in Hungaria (sunt enim ab origine Scytharum) percussit atque superavit. Pipinus eius filius iterum rebellantes in ditionem recepit. Ottho primus iuxta Augustam vindelicorum ad internitionem pene deleuit. Conradus primus dux Sueuorum Sclauos quos dicit et ipsos Hunos compefcuit. Henricus rex Alemannorum eosdem apud Merspurghum, memorabili strage affecit. primus Henricus ipso Italiae limine, copiosissimo exercitu irrupentes deuicit. Henricus secundus Sueuus in propriis sedibus vicit atque hiis regem dedit, nec te lateat, apud me eosdem esse Hunos et Hungaros, vti etiam Blodo visum est, dum inquit, In hoc vero foelicores Huni, quod soli ex omnibus scilicet populis per terras hinc armata manu vagantibus, per vicem quam obtinuerunt suam dedere nomen, pro Pannonia enim videmus semper postea Hungariam esse dictam, nec hoc incongruum, nam cum dicantur Huni, facile eorum regio in Hungarie nomen concessit, quod nisi ita esset, hec tamen de Hungaris dixisse volo, quos constat ferocia animi, scithycaque crudelitate atque successu rerum Hunis, nunquam fuisse inferiores, qui et ipsi Scytharum sunt, Et Huni siue posteriori et altero exercitu Scythia profecti, siue paulatim (vt fit sepe) mutato paulum vt dixi vocabulo sic dicti, priores autem Huni vna cum Gepidis suis a Longobardis Germanis victi, Pannonia extirpata sunt, quam illis precario postea Longobardi inhabitanda concesserunt, At longum esset referre omnino vt redeam vnde digressus, quas intulerint Romanorum molestias atque clades Germani, qui et si Romanorum fortunae aliquando cesserunt, postea tamen et ipsi de Romanis, de Gallis, de Hispanis, de Hungaris atque alijs diuersis gentibus sepenumero triumpharunt, nec Romani cum rebus poterent res magnas sine Germanis auxiliantibus pegerunt, qui enim alij quam Germani vicerunt Pompeium illum magnum,

de Lau. Ger.

qui A exādri Macedonis, Herculīs, Liberi Prīs acta
 supasse p̄dicat̄, Citē Lucius Florus qui de bello phi-
 lippico ait. Nā cū diu equo Marte cōtēderēt, Pompei-
 us et Cēsar, iussuq; Pompei fusus a cornu erupisset
 equitatus, repēte Cēsar signo dato, Germāorū cohortes
 tm̄ in effusos equites fecere ipetū, vt illi esse pedi-
 tes, hī venire in equis viderent̄, hāc stragē fugientis
 equitatus leuis armaturę ruina cōmitata ē. Et si liceat
 veritatē dicere Impatores Romāi, cādidiſsimi triūphi
 loco duxerūt, Germāos Rheno tenus, phibere potu-
 ille, ne vt sepissime fctm̄ est Germani, in fines Gallorū
 Hispaniarūq; et ipius Italię prūperēt. Nā trās Rhenū
 nēo eos ipune lacessiuit, nec quisq; externus fœlicit̄
 diu apud eos, quātacūq; potētia et mltitudie stipatus
 fuerit, regnauit. Obijcietis scio statim mihi Cēsar ē, qui
 res magnas in Germāia gessisse p̄dicat̄, At videamus
 quid gesserit: iueniēus se ipso referēte et solos Sycā-
 bros adortū fuisse, qui cū fugissent, Cēsarem paucos
 dies in eorū finibus moratū, omnibus vicis edificijsq;
 incēsis, frumētis succensis se in fines Vbiorū recepisse.
 At quid contra Sueuos gesserit referet ipse idem
 Cēsar, Vbiis auxiliū suū pollicitus, si ab Sueuis pre-
 merēt, hec ab his cognouit Sueuos postq; per explo-
 ratores pontem fieri comperissent, more suo consilio
 habito, nūcios i omnes partes dimisisse, vt de oppidis
 demigrarent, liberos, vxores suaq; omnia in syluas
 deponerent, atq; omnes qui arma ferre possent, vnū
 in locū cōuenirent, hunc esse delectū mediū fere re-
 gionū earū quas Sueui obtinerēt, Hic Romanorū ad-
 uentū expectare, atq; ibi decertare cōstituisse, qd vbi
 Cēsar cōpit, oibus hīs rebus cōfectis, q̄rū rerū causa
 traducere exercitū cōstituerat, vt Germanis metum
 inijceret, vt Sycābros vlcisceret, vt Vbios obsidione

Oratio

liberaret. diebus oīno. xvij. trans Rhenū cōsumptis
fatis. et ad laudē et ad utilitatē pfectū arbitratus se in
Galliā recepit. pontēq; rescidit. Accipio igit̃ Cēsar in
testem & requiro eius scripta quid fecit in Germania
laude dignū? fecit pontē p Rhenū mltis diebus. sum-
ma difficultate et maximis īpensis. vt afflictis Vbīs
auxiliū ferret cōtra Sueuos. At bone Cēsar vbi audī-
uisti Sueuos esse cōgregatos. Romanorū aduentum
expectare. atq; cū his decertare constituisse. fugis in
Galliā celerit̃ atq; pontē rescindēs. ne te īsequi possēt
O miserū auxiliū qd fers Vbīs. quos in sūma oīm rerū
difficultate atq; anxietate reliquisti. nūc verū esse ex-
piris quod prius dixisti. Sueuorū esse gentem longe
maximā et bellicosissimā oīm Germanorū. nūc credi-
turus es Vbīs qui apd' te dixerūt. se se vnīs Sueuis cō-
cedere. qbus ne dī quidē imortales pares esse possit.
Reliquū quidē in terris esse neminē. quem nō supare
possint. O qualē metū. q̃ puū iniecisti Germanis cum
īsta tua exercitus traductiōe. Quinimo verissimū est
illud Cornelij Taciti dū īquit. Mox īgētes C. Cēsaris
minē in ludibriū verse. q si Cēsar de seipso hęc fateat.
quid si quispiā ex Sueuis īfūisset. rēq; ad posteros
transmisisset. O quā in mltis dissentiret a Iulio. nemo
enī est qui nō magnifice de suis rebus loquat̃. multo
magis scribat. Et aduersarioꝝ q̃ntū possit extenuet.
Quare augustiss. rex. iustissime. cōqueror Germanis
nūq; aīos sed scriptores defuisse. At Cēsar conscientia
forlan rerū. ātea trans Rhenū parū magnifice gestarū.
iterū pōtem fabricat atq; exercitū traducit. ipse huius
reddit causam esse q Germani auxilia cōtra se Treuī-
ris miserāt. tandē reperit a Sueuis auxilia missa esse.
Postq; Sueuos audit esse in armis. atq; aduētum Ro-
manorū expectare. rem frumētariam puidet castris.

De Lau. Ger.

Idoneū locum deligit. Vbijs impat pecora deducant. sua oīa ex agris in oppida cōferant. sperans barbaros atq; impitos hoīes inopia cibarioꝝ adductos. ad iniquā pugnādi cōditionē posse cōduci. At vbi desperauit eos insidijs circūueniri posse. reducto exercitu (vt ipse iquit) partē vltimā pōtis. que ripas Vbioꝝ cōtingebat in longitudinē pedū ducētorū rescidit. atq; in extrēo pōte turri tabulatoꝝ q̄tuor cōstituit. p̄sidiū q; cohortiū duodeci pōtis tuendi ponit. magnisq; eū locū mūitiōibus firmat. Ecce Vbijs in sūmo discrimine positus. ipse rescidit pōtē ex vna pte. et ex alia ne Suesui subsequi possint p̄sidiū locat. vnde factū reor vt successu tēporis. Vbijs a Sueuis oppressi et detriti. in vltiorē Rheni p̄tē cōcesserit vt in nō dubitat. Quare verissime dicit Eneas Siluius. Terrarum ille calcator oīm. & orbis domitor Iulius Cēsar. quamuis subactis Gallis sepe Rhenū trāsuerit. bellicosā tñ et asperam Sueuorū gētem dimisit indomitā. Augustus Octavianus cui et Parthorū et Indorū reges mūera miserūt. qui vnus oīm Romanorū fortūatissimus est creditus. ille inq; felicissimus ipator. nec alibi teste Suetonio nisi apd Germanos succubuit. nā Lollianā et Variānam cladē in Germania p̄pessus est. Lollianā maioris infamię q; detrimenti. Variānam pene exitialem tribus legionibus cū duce. legatisq; et auxilijs oīmibus cēsis. vnde adeo cōsternatū ferūt fuisse. vt p̄ cōtiuos mēses barba capilloq; sūmissō caput inēdū foribus illideret. vociferans. Quintili Vare legōnes redde. diēq; cladis quotānis mœstū habuerit ac lugubrē. q; viginti bellorū libri extarēt Plinij secūdi. que gesserunt cū Romanis Germani. pro cōfesso habeo multa et innumerabilia posse repiri. que ad nrm decus et ornāmētum nō mediocriū facerēt. que oīa inceptit tēporū iniuria

Oratio

Postremo si fidē volumus adhibere, sicuti nō īmerito possumus Goffredo Viterbicensi in suis chronicis, et quibusdā alijs fidedignis scriptoribus, Sueui Senones quō memit Ptolomeus, Strabo, Cornelius Tacitus, & alij cū trāsrhenanis Germanis in Belgarū finibus habitantibus, āno ab vrbe cōdita septuagesimo quarto sup̄ tricētesimū duce Brēno, qui et idem Sueuus erat Italiā ingressi sunt, Romā vastauerūt, Subiugatis tamē Gallis et cōditis a suo noīe Gallis Senōibus, (Sciūmus enī plerosq; Gallos esse ortos a Germāis, Rhenū q; traductos ātiquitus, et pp̄ loci fertilitatē ibi cōsedisse) in partē etiā militię receptis, Romā incēdit pars atq; in Italia cōsedit, pars eorū Illyricos sinus p̄ strages Barbarorū penetrauit et in Pānonia cōsedit, alij Grēciam alij Macedoniā omīa ferro, p̄sternētes petiuere, Hī sunt Senones qui postea Gallogrēci postreō Galatē dicti sunt, eos autē fuisse Germanos luculentum dat argumētū diuus Hierōymus li. ij. in ep̄st. ad Galatas, qui dicit Galatas excepto Grēco sermone quo oīs oriēs loquit̄ pp̄riā linguā, eandē pene habere q̄m Treuiros, Constat autē et haud obscurū videri debet, Treuiros longo tempe āte diui Hieronymi natiuitatē transisse in nomē nationēq; Germāicā, hoc primū videt̄ pbare Iulius Cēsar qui scribit plerosq; Belgas ortos esse a Germanis, Rhenū ātiquitus traductos, pp̄ loci fertilitatem ibi cōsedisse, Gallosq; qui ea loca incolerent expulisse, Vt stipulatur & Suetonius qui dicit Augustum Sueuos & Sycambros sese dedentes traduxisse in Galliā atq; in proximis Rheni agris collocasse, Cornelius itē Tacitus, Treuiri & Neruij (inquit) circa affectatiōm quā Germanicę originis vltro ambiciosi sunt, Et idem, ipsam Rheni ripam haud dubie Germāorum populi incolunt Vangiones Tri-

De Lan. Ger.

boci, Nemetes et Vbi quibus omnibus proximi sunt Treuiri. Et Ammianus Marcellinus Colonia Agripinam, et Treuerim vrbes esse Germanie prodidit, et Cornelius alibi libro .xix. tempore Vitellij Treuiros fuisse Germanos luculentissime ostendit, his verbis. Et victę legiones ne manēte adhuc ciuili bello ambigue agerēt per Illyricū disperse, in Britaniā, inde et Hispanos, nūcios famāq; in Galliā, Iulium Calenū tribunū in Germaniā Alpinū montanū pfectū cohortis qd hic Treuir, Calenus heduus, vterq; Vitelliani fuerāt ostētui misere. Nec ego accedo hīs qui scribunt Sueuos Seninones, Senones .n. in vetustissimis libris atq; etiā in noua ipressura reperio, quod aut Liuius et eius sequaces tm meinerūt Galloꝝ, mirū nemī videri debet, quoniam & eo tempore notiores & pximiores erant Romanis Galli, et Sueui Senones iam pridem ingressi Galliam ibi sedem locauerē. At ego adolescēs ne cōtraire temere Liuiō latiorū historiographorum facile picipi videar, referā ad scholā eruditorū contētus ea dixisse, quę nō aliena vident a veritate, veluti et plerisq; historicis non ita recētibus visum fuisse scio. Sed ne historiam facere velle videar, neue tuas aures lōgis ambagibus detineam Cęsar sacratissime, de bellis Germanorū plura dicere supersedeo, quę non vnam & eandem paruā orationē sed grandia volumina expecterēt. Et ne quid nobis deesse videat, video plerasq; vrbes & populos origine et vetustate gloriari, in q̄ genere laudis nostros in primis excellere liquet, nos enim (vt quidam de Atheniensibus dixit) preter incrementum, etiam origine gloriāmur & honestissimis inītijs. Quippe non aduenę, neq; passim collecta populi colluuiēs originem Germanis dedit, sed in eodē natī solo qd icolius, et quę nobis sedes, eadē origo est

c ij

Oratio

hoc Cornelius Tacitus confirmat. ipse eorum (inquiens) opinioibus accedo. qui Germanie populos. nullis aliis aliarum nationum conubijs infectos propria & syncera. & tui similem sui gentem extitisse arbitrantur. Quod si de vetustate queris inuenies Germanos a Tuyscone filio Noe que aligenigenae Ianu vocitant ortos & plantatos. Inde Teuthones dicti vulgo tuiysch a Tuyscone. testis est antiquissimus scriptor Berofus sacerdos Babilonicus. qui refert Noe Ianu dictu ab exordio regni Babilonici quod coepit anno a diluuiio. cxxxii. misisse Tuysconem in Europam ibique regem fecisse. addit etiam primu Babilonici regni Saturnu dictu Nymbrotu que nos Nemrad vocamus regnare coepisse anno a diluuiio. cxxxii. et regnasse annis. lvi. cuius impij anno. xxv. Tuyscon gygas Sarmatas maxios populos fundauit. legibusque format apud Rhenu anno quarto Nini qui nepos fuit Nymbroti. Regnauit aut Tuyscon annis. clxiiij. ad cuius tempus mediocritate non pueruerunt Babilonici reges. quia viri sanguinum & dolosi non dimidiabant dies suos. ut testatur sacre literae. Ex eiusdem igitur verbis non obscure intelligemus Alemanos a Manu filio Tuysconis dici. quasi ab alueo hoc est fluuiio Mani. Ale enim Scythice et alue interpretantur alueu docti Talmudeste ut dicit Io. Annius. Ale mani igitur nuncupamur. tamque habitates cis alueu et fluuiu Mani. et hic est fluuius Rhenus. Id quod idem testatur Berofus apud Rheni Sarmatas (iquit) regnauit filius Tuysconis Manus. Sarmatia aut Germania in se comprehendit. eodem dicente. In Europa regem Sarmatie fecit Ianus Tuysconem a Tanai ad Rhenum. nec his accedo qui volunt nos dictos Alemanos a Lemano fluuiio. quoniam hic non in Germania sed in Gallia Celtica fluit non longe a Rhodano de quo nihil ad Germanos. Ceteri Alemanos ex ala magna. nonnulli ex vulgari Alman deri-

De Lau. Ger.

uātes temere hallucinati sūt, nec minus illi q̄ a Lima-
go Heluetiorū (qui sūt Galli) flumine Alemāos deri-
uant, aut que conueniētia Alemānorū cum Limagoꝝ
somnia p̄fecto vident̄, qui tā imprudent̄ hec cōfin-
gere audēt, At sunt Cēsar et debēt merito p̄ua existi-
mari que diximus oīa, q̄niam pessimis quibusq̄ hec
cōtingere possunt, Sed laus optia dicēda est que a vir-
tute p̄fici scit̄, in qua nos cūctis gētibus p̄stare palam
est, que est enī gēs alia seruātor equi omīsq̄ iustitięꝝ
que cōstantior, que tāte tamq̄ syncere fideiꝝ, quo autē
nostri amore et veneratiōe diuinū cultū Christianāq̄
religionē p̄secuti sint testāt nō solū tēpla Christi sūp-
tuosissima Cenobia vtriusq̄ sexus castissima, arē inu-
merabiles, verū etiā illustria facta maiorū n̄orū et bel-
la domi forisq̄ p̄ Christiani noīs cōseruatiōe et incre-
mēto suscepta, Quod si quis equus reꝝ estiator secū
reputet, q̄tiens pro Romāa ecclīa, pro fide catholica,
p̄ cōmuni deniq̄ oīm Christianorū salute n̄ri impato-
res per totā Europā vagati fuerit, quoties Asiā ingres-
si eā celebribus n̄sdem crebris, victorijs āplecti fidem
coegerit, gētilitatemq̄ et infideles conculcauerit &
depresserit, que oppida, natiōes, regna & impia Chri-
stianitati donauerit, quoties Hierosolymas et terram
sanctā ex hostiū fauce vindicauerit, quociens schisma
de medio ecclīę sustulerit, quociens Tyrānos et summis
pōtificibus rebelles domuerit, et iugū seruitutis ipo-
suerit, iudicabit p̄fecto nullā esse ex omībus terrarū
regionibus gentē, que cū n̄ra de omni laude et meri-
tis in r emp, Christianā vlla ex parte cōtendere possit
Ne aut̄ verbis t̄mo cōtendere videamur, pauca n̄orū
merita libet in medium afferre si prius excusauerim
quosdā impatores, pōtificū fulmināti cēsura notatos,
quod factū esse tradūt homines non minus fide quā

Oratio

grauitate spectati. nō tam impatorū culpa quā ponti-
ficū avaritiā atq; ābitiōe. Nā si hīs ipatores, quos suo
impio deturbare studuisse existimant, impiū totius
Italię pmisissent, nūq; essent sentētia excōmunicati-
onis fulminatī, quod Blōdus alioquī mltā pōtificibus
blādītus, in secūdo Fōderico ostēdit, cuius coronati-
onē (vt īquit) Innocētius scius ea ratiōe renuit facere;
quod is magno vir anō sicut Othonē prius, hunc q; q;
parī quereret Italia deturbare, Carolus igit qui a re-
rū a se gestarū magnitudīe nomē accepit (teste Vrba-
no secūdo, rerū expiētia, oībusq; fidedignis scriptori-
bus) natiōe et impio Germanus fil et rex Francorum,
Saxoniā magnā Germāiē ptē et latā, atq; Phrysiā pri-
us gētilitatis ritu viuētes ad fidē cōpulit, Idem mltos
Pānoniē pplos spōte ad se veniētes baptisari fōcit, idē
Hispaniā que per id tēpis pditis scelerati Mahumeti
sectatoribus seruiēbat occisis et deletis, Aphris īfide-
libus Christiāitati doāuit, Et Carolus Marcellus illius
auus Sarrhacenos ad trecēta millia et āplius infemīt,
Conradus .ij., Fōdericus primus, Henricus quintus,
Sueuorū duces et imperatores, copiosissimos exer-
citus pro terra sancta recuperāda, ex Alemania cōfla-
uerunt, quibus gentiliū terras sepe ferro igniq;
vastauerūt, ac in deditiōnē cōpulerūt, Prē oībus autē
impatoribus formidabilissimus fuit hostibus Christi-
anorū Fōdericus primus, eiusq; interitus toti Christi-
anę ecclīę fuit luētiosissimus, cuius ductu foelicissimo
(nisi mors imatura īuenisset) impia Turcarū et Sara-
ceorū pfidia, toto orbe vt sperabat cōstātissime fuisset
vicatī nedū regionatī eliminata, Secūdi aut Fōderici
ipatoris, animi magnitudīe pstatissimi conatus, ideo
fuerunt irriti, quoniā (vt spectatis scriptoribus et qui
istiūsmodi etate vixerunt visum est) Asianā expediti-
onē maximo apparatu exercituq; instructissimo me-

De Lau. Ger.

ditantē, factiosa illa Italia, mō hūc mō illū fouere, sub-
bitoq; destituere assueta, vel potius ipse pōtifex impe-
riū Italicū agitās, rebusq; impatoris et iuribus vt dicit
īfidiatus, coegerit nō solū a p̄ssimo p̄posito abssiste-
re, verū etiā salutē rebusq; p̄prijs summis viribus con-
sulere, Sicut alijs nōnullis cōtigisse scribit, q̄z vires
et conatus ad maiora āplioraq; aspirātes, Italia rebel-
lās detinuit, variaq; hīc de factōnū studia eneruarūt,
Nā vt tantū dicā de Fœderico illo de q̄ mihi iā sermo
est, huius nomē adeo celebre fuit fr̄ibileq; oībus gēti-
bus, vt Sultanus ip̄e Aegiptiorū ip̄ator: dū ille instrū-
cto exercitu terrā sanctā a manu infidelīū asserturus
mare traīceret, nō dū viso tota Iudēa excederet, solaq;
formidie ductus Fœderico, libere et sine sanguīe tra-
deret, eo tñ fœdere appposito, ne Aegiptiorū fines vl-
terius p̄grediēdo inuaderet, Quare accepto fœdere
Fœdericus Hierosolis totius Iudēe rex est declaratus
et coronatus, adeo gloriose, vt cū Cēsare nō incōgrue
dicere potuisset, veni, vidi, vici, At dū (prohdolor) hęc
Hierosolymis agerent, pōtifex impatorem absentem
cōtēnens, Siciliā et Apuliā eius impio subditas sub-
iugare, inq; suā ditionē redigere ānixus est, et vt iure
aliq; et iustitia facere videret, illius cū Sultano fœdus
(q̄d tamē saluberrimū Christianę reip, fuit) inq; suum
caput machinatū (q̄z vere deus nouit) criminatus est,
Ea de re Federicus cum maxima sua & totius populi
Christiani iactura, et ludibrio, Iudēa hostibus relicta
coactus est redire domū, p̄priaq; tutari, Nec me q̄sq;
hęc cōmentum esse existimet, sed coetaneos Cēsaris
viros grauissios, hęc et maiora scripsisse nō dubitet,
de quibus rebus et nos aliqñ plura edemus, nunc ad
reliquos p̄gemus, Quid per terea predicem de
Ludouico Caroli filio, qui preter alia Christianissimi

Oratio

Impatoris opera regem Danorū vna cū suis ad fidem induxit. Idem regē Bulgarorū vna cū sua gēte ad fidē capescendā induxit. nōne et Hēricus primus de Saxo nū genere p̄ fidei Christiane incrementō pl̄imas gētes cōculcauit. p̄cipue Normānos et Danos. Et vt ī sūma dicā q̄d Liburni Illirij Dalmatē Morauī Poloni Hulgmerigri Christianū cultū susceperūt. et oēm Idolorū cultū abiecerūt. nō nisi strenua impatorū Germanorū vigilia & opa effectū est. nec (si oīa p̄sequi vellē) oīe parua sed dēsissimis codicibus opus esset. quod non obscure itelliges. si cogitabis impiū Ro. ob sola in ecclēsiā Christianā merita. ad Germanos esse translātū. quod ad singulare n̄orū decus et ornamentū accedit Nā et si Assyrjos. Medos. Persas. Grecos et Romāos aliquñ sibi vsurpasse cōstet impiū. sola tñ libidie regnandī et violētia sunt adepti. et vt turpiter acquisierūt ita turpiter amiserunt. inq; vilissimam seruitutem sunt postea redacti. Nri vero virtute ac laboribus pro deo susceptis. digni visi sunt vel vniuerso ecclēie Ro. senatus. qui impiū orbis agerēt. quiq; quod virtute acquisierūt te rege. te auspice in eternū seruabūt. Tāto igit̄ superioribus natiōibus superiores existimādi sumus et digniores. quāto p̄stat virtus et religio vitij et iniquitati. At illorū gloria referti sunt omnes libri. n̄os autē omnes pene et eorū gesta tenebrę occupauerunt situscq; obduxit. quod si quedā ab externis et alienigenis obiter sunt perstricta. scriptorū tñ affectus. amor. odiū. metus. adulatio et id genus alia. quā multa addiderit ml̄ta subtraxerit. nēo asserere dubitauit. nec lōge repetāus exēpla. libet referre q̄d tpa n̄ra viderunt. Scripsit añ paucos dies quidā historias regū Francie. nec quicq; in mediū protulit nisi q̄d ornaret illos. nec vllam eorū mentionem fecit. que tu rex augustissime

De Lau. Ger.

vel in tenera etate cōtra eosdē fœlicissimē cōfecisti. Cur
itē non repleat oēs annales hoc gloriosissimū facinus.
oībusq; seclis mēorabile dū tuo ductu et asupicio sub
q; tuis signis vix quīgētī milites et hī quidē nudī hoc
est leuis armaturę, quos nūc Hastarios vocitāt iuxta
Salinū Sequāorū tuę diciois vrbē ipetū nō solū tulerūt
quatuor, alij volūt sex milliū loricatorū regis Francię,
quos Cataphractos nūcupamus, verū etiā in turpissi
mā fugā cōuerterint, multis eorū occisis, p̄tim vulne
ratis. At nos quasi de industria n̄ris rebus inuidētes,
oīa silētio transimus, quid q; alius noīe Iacobus Ber
gomēsis monachus, parū probe descripsit bellū inter
ducē austriū Sigismūdū patruelē tuū et inf̄ Venetos,
qs dum plus equo laudare studet, lesit oīno veritatē
et supplantauit. Est enī adhuc recētī in memoria q̄ntū
glię, q̄ntūue splendoris amplissimo nomī suo peperit
Sigismūdus ille dux inclytus eo bello, dū parua mā
paucisq; leuis armaturę militibus memorabili strage
affecerit Venetos, iigentissimas eorū copias p̄tim fer
ro delens, p̄tim in turpissimā fugā cōuertens adeo, vt
dū quidā fuga salutē querūt, inter qs fuit et dux mili
tię quē capitaneū video a nostris vulgo dici, in flumē
Athesim irruentes perierūt. Fuit autē dux Robertus
Seuerinas, virtute vt dicūt et rei militaris disciplina inf̄
suos spectatissius. In cuius marmoreo sepulchro Tri
denti (vbī corpus fuit cōditū) legit, Ter p̄ceros Ve
neti bello petiere Tridentū, Ter victi & victus ecce
Robertus adest, Taceo quę igne vastauerit dux cla
rissimus, haud inferior illo Machabeorū Iuda fortis
simo, qui pua manu et inferioribus longe viribus innu
merabiles illius Antiochī exercitus toties cōculcauit
et deleuit. Et Blondus Flauius, adulāter ne dicā men
dacit̄ Fœdericorū gesta, ceterorūq; impatorū qui res
magnas in Italia egerūt, vel extenuauit vel trāseūter

effudit, taceo de alijs multis. Deus igit̃ tandē glorię
et rebus nostris singulari quodā bñficio cōsulēs, de-
dit te nobis in lucem Maximiliāe rex augustiss, cuius
ductu et auspicio nrę res speciosissime post lōgam ru-
biginē et squalorē tādē claritudie et splendore deco-
rabūt. Nam et vigēt studia, pferūt se ingenia et ostē-
tāt. magnūq; puentū poetarū tua munificētia exuscī-
tat. q̃a litteratos amas, quia eruditis suffragaris. Nec
īmerito, hī enim tibi cumulatissimā gratiam referre
queūt de te scribentes, et tua p̃clara facinora celebrā-
tes. Quod si beatos existimauit ātiquitas q̃bus deorū
munere datū est, aut facere scribēda, aut scribere le-
gēda. Beatissimos vero quibus vtrūq; iure te beatis-
simū simul et laudabilissimū predico, qui p̃ter tot res
fortit̃ gestas, iñ tot curas, negocia, tot domesticas &
externas rerū maxiarū occupatiōes audire vis quot-
tidie, quippiā historicō ac mēorabile īmo vero tuipse
diceris cōscribere historias, et illustrationē Germanię
summo studio meditaris nō inferior Iulio illo Cēsare,
quē vel ideo sum̃is laudibus effert ātiquitas, plurisq;
q̃ alios impatores ac principes fecit, q̃ preter publica
impatoriāq; negocia aīm etiam, scientiarū studijs ad-
hibuerit, quod et tu egregie de te p̃stitisti. At vt aliqñ
finē orādi faciam, ne nimīū tuas piētissimas aures le-
dam, rex sacratiss, tua cātata longe lateq; humanitas
atq; beniuolētia, in omēs studiosos me iuitauit, vt nō
nihil a tua maiestate veniā petiturus hoc vnū scilicet,
vt sim maiestati tuę cōmēdatus, qd si cōsecutus fuero
me Cræsi diuitias habere existimabo. Et tibi (tametsi
nullam aliā remūeratiōis vicē exigas) hoc de me polli-
ceri poteris rex optime, vt si qd mea carmīa vnq; pos-
sunt, semper nomē tuū laus et gloria maneant numq;
intermoritura.

Dixi,

Ex Innspruck, MDI.

Gratiarum actio.

Ad sacratiss. Romano tum regem diuū Maximilianū
ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΚΟΝ hoc est gratiarū actio. H. Bebelij Iustij
gensis poetę laureati.

Donasti lauro rex augustissime vatem.

Hinc tibi deuinctū meq; penne facis.

Vnde tuā laudem si me dignabit vllō

Nomine posteritas, secula nlla silent

At q̄niam tenui nequeūt tua facta referri

Carmine, quę poscūt ex Helicone deas;

Et vix Meonides possit describere cūctas

Virtutesq; tuas martigenāq; manū

Sufficit in p̄sens meritas tibi dicere grates

Versibus incultis, imparibusq; modis.

Attamē hec merito tibi nos debere fatemur:

Vt tibi sit compar nullus in orbe ducū

Iustus Aristidem, superas bonitate Metellū

Pace Numa, in bello Iulius alter ades

De cūctis certare libet virtutibus vni:

Romulei cedant Argolicę duces

Vive vale gaude βασιλευσ fortissime regū

Et tibi cūctipotens vota secūdet Amen.

In asophū Pseudo,ppheten H. B. Carmen.

Desine falsidica vulgū seducere lingua

O asophe, occultū non tibi dī referant.

Allatras populū gaudens miranda profari.

Vt sis cōspiciuus famigerūq; decus.

Et nisi mentita est scriptura theologa cūcta

Iudiciū extremū dicis adesse breui

Declamas publice mēdax et pseudoprophetes;

Vt sis de celo precipitatus heri

Imperiū senas intra Germania fortis

Perdet olympiadas, fronte seuerus ais;

Q. si non intra hoc tempus deperdet; habebit
Mille annos vltra vel ruere ipse nego
Vnde supstitio hec, aut spiritus ille profanus
O asophe inflat, demonicusq; furor?
Namq; suis Christus momenta & tpa scire
Non ait est vestrum, scire nec vllus habet:
Consiliumq; dei nec pscrutabile cuiq; est,
Ut bene scripturę te docuisse solent,
Iamq; diu sancti mundo cessere pphete
Quis cum dñ soleant mystica verba loqui,
Nunc nisi merdosi nascuntur in orbe pphete
His Pluto inspirat, prestigiosa τροφασ
De Imperio dicam; meritis virtuteq; partū est
Consensuq; pari catholicicq; gregis
Et quod religio pepit; quod deniq; virtus;
Hoc durare quidem posse perēne reor,
Assyrios, Medos Persas, vel regna Philippi
Allegas frustra, cū Cecrope Aeneadas
Quos non religio traxit; sed vana libido
Regnandi et sortis luxuriantis opes,
Interitū q; si nobis fortuna minari
Possit; et ignavi seditione duces,
Hoc tñ incertū est cunctis mortalibus; vnq;
Immineat, vel quo possit adesse die,
Vade cecatū igitur false & merdose ppheta
Elleboro & merdis ablue sepe caput,
Insuper immemorē non esse decere memēto
Mendacē; verbis verba quadrare decet,
Stare diu impium iam narras posse apud ipsos
Teuthonicosq; viros teuthonicāq; domū
Affore qui pridē supremi iudicis horam
Dixit; dic possunt que edificare fidem,
FINIS.

In detractorem regie maiestatis, H. B;
Desine mordaci regem taxare camœna
Detraxisse caue stulte poeta p̄cor .
Rex meus est fortis, est seruantissimus equi
Virtutū splendor imperijq; decus .
Quid memoras cōsulta patrū : quid verba senatus
Qui p̄prijs semp cōsuluere bonis .
Qui si respicerēt regis quoq; cōmoda regni
Et si quod debet Cēsar habere : datur
Tunc aquila inuicta ad Seres penetrabit et Indos
Sic cōsulta patrum rite iu uare queūt .
At sua dū cuncti procurāt cōmoda : cūcti et
Velle suū soleant legis habere loco
Inq; sinu foueant p̄dones atq; latrones
Legibus excussis Cēsaris atq; iugo
Dumq; aquilā iplumē temnūt : dū quisq; laborat
Extrahere huic pēnas . et spoliare macrā
Non tibi sit mirū (nāq; efficit omīa non rex
Solutus) si totum cōcidat imperium .
Vis priscū reuocare decus si sancte senatus
Pellere vis hostem finibus ipse tuis
Redde prius pēnas . sed quas Iouis ales habebit
Dum stetit imperiū : cōsulare inde potes

FINIS

d

Germani

Ad doctissimū simul & disertissimū virū Petrū Iacobi
Arlunēsem, ecclesie collegiat e Backnaceñ, prepositum
Canonicūq; Stutgardien. Henrici Bebelij, Epistola.
c Vm nup ad nostrā oronē regiā plurima addi-
dissem. Petre vt te parcissime laudē, Germa-
noꝝ oīm disertissime, in cetera adieci et Ger-
manos esse indigenas, q tñ pellegissem Aeneā Siluiū
in sua Europa, et quasdā alias triuiales et plebeias hi-
storiolas. Inueni in illis Francos esse gētem aduēticiā
et Saxones, q nre omīno nō quadrathistorię. Quare
cōgruū putauī non nisi ad defensionē meā sup hoc cō-
mētari, ne aqquā mēdaci et historiarū ignarus icusari
possim. Nō licebat aut oronī adiūgere, cresceret enim
tandē in magnū volumē, nec coherēt adeo que addi-
mus vel etiā ante addidimus, vsq; adeo nihil est q nō
aduēticia mixtiōe nō corrūpi soleat. Tibi autē p̄cipue
dedicauis, eo aīo, vt examines et iudices, recte nec-
ne sentiā de istis, quos dicā, pplis, cū sis mltiugis stu-
dioꝝ exercitamentis eruditissimus, et qui iamdiu pri-
mas oīm suffragio partes in eloquētia, historijs ceter-
risq; humanis et tersioribus lris vendicasti, p̄spicuum
hinc argumentū qd ad Hispanias, Britānias, ceterosq;
reges clarissimos a Cesare nostro Maximiliano sum-
ma cū laude tua orator mitti soles, Oro igif atq; obse-
cro, pro tua insita ī studiosos humāitate, tuo corrigas
iudicio que minus bene et p̄perā nobis obrepere po-
tuerūt, nescio enī quo mō, vt Ambrosius scribit, p̄p̄
imprudentię caliginē, que nos circūfundit, vnū quēq;
fallūt sua scripta, et aurē p̄tereūt atq; vt filij etiā defor-
mes (quis enī filius nō formosus mri iuxta Quintila-
nū delectāti) sic etiā scriptorē indecores sermones sui
palpāt, Quare tu iusto libramēto trutinabis, has nras
lucubratiūculas, et errores cultissima tua eruditione
exterminato, Vale,

sunt indigene

Ad eundē. eiusdem Elegidiū.

Iuris et equarū vir cōsultissime legū
Petre inter raros cōnumerande viros
Eloquiū princeps : et quē facundia grandis
Conciliat ducibus Cēsareoq; viro
Quod si nil nisi limatū vel Apolline multo
Excultū. et si sit posteritatis opus
Iure tuas possit doctas accedere ad aures
Cui nisi doctorū scripta pbata placēt.
Attamen ad sacras nunc affero Apollinis edes
Primitias tenuis quas mihi musa dedit.
Quas Helicon si non ex omī parte poliuit
Et pesit scriptis lima seuera meis.
Assistes rogo. si fas est maledicta tueri
Te gere Aristarchum pessima queq; secans.
Dicitō (nam nosti) critico incurfante seueris
Morsibus. o caueas oro quietus abi
Flaccus nōne refert Venusini gloria ruris
Vndiq; perfectū vidimus esse nihil.
Dormitare bonus quandoq; videt Homerus
Marco Arpinati. Zoile sepe tibi.
Semper & haud vigilem scripsisse Platona mgm
Sentit Aristoteles. philosophosq; senes.
Sic ego. nil merear nō omni ex parte repulsus.
Teuthonica saltem a posteritate legi.
At nostras aliquid nugas si tu esse putabis
Iudice te vel nō barbarus auctor ego.
O mihi quā multū tribuā. quā pectore leto
Efferar. et coccyx laudis amore canit.
Namq; pbari dulce mihi est. sed deq; pbato
Si mea iudicio musa pbata tua est.

d ij

Germaniæ

Ermanos esse autochtones, hoc est indigenas.

g p̄ter ceteros affirmat, vt et alibi scripsi, Cor.
Tacitus, qui dicit, Ipsos Germanos indigenas
credideri, minieq; aliar; gētiū aduētibus et hospicijs
mixtos, quia nec terra olim sed classibus aduehebā-
tur qui mutare sedes querebāt, et imensus vltra (vtq;
sic dixerim) aduersus Oceanus raris ab orbe nostro
nauib; adit, quis porro p̄ter picl'm horridi et ignoti
maris Asia, aut Aphrica, aut Italia relicta Germaniā
peteret, informem terris, asperam celo, tristem cultu,
aspectuq; nisi si patria sit, hodie tamē o Cornelī Ger-
mania est nō solū non informis terris, et tristis aspctū,
verū etiā cultissima, Vinetisq; et omni fructuū segetū
q; genere et cōspicua et fecunda, vnde habitus quoq;
corpū quāq; in tanto hoīm numero idem, oibus tru-
ces et cerulei oculi, rutilę comę, magna corpora, eē, hęc
ille, Soli igit̄ pene sumus exoibus terrar; nationibus,
qui sine aduenar; mixtura regnauimus, et a conditis
monumētis sine iugo seruitutis externor; late regna-
uimus, atq; vicinis circūqua; imperitauimus, Assiri;
enī et si olim impiū habuerit, Mœdi itē Perse, Mace-
dones et Gręci, resq; magnas et egregias gesserint,
paulopost tñ in seruitutē sunt redacti, Immo et hodie
imanissime Turcor; libidini et dñatōni sunt expositi,
Romai quōdā dñi dñor;, hodie serui et seruo seruor;
sūt subiecti, Totaq; cū illis Italia, Vādalor;, Gotthor;,
Longobardor; et ceterorū qui Italiā ingressi sunt q̄si
posteritas, Gallorū nō impiū et poñā modo verū etiā
nomē deletū est, atq; in Francos Germanos trāslatū,
Soli Germani (in quo singlariter glari possumus) a
nullis nationibus pulsi patria, nullis cedentes, nullius
exteri dominiū passi, nullū occupatorē sustinētes sp̄
regnauimus, quod si aliqñ fortunę cesserimus, nemo

sunt indigenę

tñ apud nos diu fœlicit̃ regnavit. hoc Romani. p̃fert̃
Iulius et Augustus gentiũ domitores. terrarũq; domi
cũ sua iactura didicerũt. hoc Drusus Germãicus. qui
a Germania vt ipsi dicunt deuicta nomẽ accepit. resq;
oim p̃clarissimas atq; fœlicissimas apud Germanos
cõfœcisse famigerat. morte exptus est. Quare elegã
tissime sil' et verissime cecinit Claudianus poeta.

Nobilitant veteres Germanica fœdera Drusos.

Marte sed ancipiti. sed mltis cladibus empta

Quis meminit victum sola formidine Rhenũ.

Hoc itẽ Huni seu Hungari potius imaniss̃ima toto ter
rarũ orbe gēs. ad inf̃nitionẽ in Germania deleta cog
nouit. hoc oēs expti sunt quicũq; Germanis bella in
ferre attentarũt. quę cũ ita sint. nemo p̃suadebit mihi
a tpe Cornelij Taciti aliquã extera gentem. prioribus
icolis deturbatis Germanię icubuisse. Nũc mihi cer
tamẽ est cũ qbusdã plebeis Francigenarũ historijs. et
qbusdã alijs ass̃etatoribus vt videt̃ qui vel Germano
rũ laudĩ iuidẽtes. vel vetustę origis cupidĩ vt fert mor
taliũ ambitio. Frãcorũ ortũ a Troianis auspicãt. qbus
nulla fides. nulla recepta historia suffragat̃. quã Fran
corũ oim historicoꝝ m̃tio fit nisi in finibus Ger
manorũ. nullo igit̃ mō p̃bat̃ mihi Aeneas Siluius in
sua Europa. Primũ q; nullã de Suenis vel paucissimã
facit m̃tionẽ. quos Orosius maximã et ferocissimã
dicit esse gẽtem. Cornelius Tacitus maiorẽ Germãię
partẽ obtinere. p̃prijs adhuc nationibus noibusq; di
cretos. Iulius autẽ Cęsar gentẽ esse longe maximã et
bellicosissimã Germanoꝝ oim. & quorũdã itẽ aliorũ.
Germanię phõrum et quidẽ p̃stantiũ nō meminit. Se
cũdo refragor oino eius opinioni. dũ lōgam cõnectit
fabulã de Francis. dicēs esse Troianos ab origine. qui
deleto Ilío duce Priamo Priami ex sorore nepote. per

Germani

pontū Euxinū ī Meotidas paludes in Scythiā p̄uenerit
ibiq; ciuitatē edificauerit. Sycābria vocitātes, ex qua
dicti Sycābri fuerit, demū tempe Valētiniani Cēsaris
Germaniā intrasse, et Francos appellatos quod attica
siue feroces siue nobiles sonat. Et alibi, Saxones Gre
cā sobolem esse affirmant, ex Macedonia classibus ad
uectā, que Turigos mltis bell' defatigatos p̄nis agris
eiecerit, qd̄ mihi (inquit) nō fit verisile. Est enī vetustis
simū in germanica terra Saxonū nomē, cuius oēs ve
teres memiere, Turigos nemo ātiq̄orū nominat, qui
Germanicas gētes enumerāt, in aduētū primo Fran
corū, qui tpe Valētiniani Cēsaris Germaniā itrauerē,
Turigos nominari reperio, hęc Siluius, Cui ego non
detractiōis aut gl̄ie cupiditate, sed amore cui nihil nō
debeo patrię ductus cōtradica, et a q̄ patria mea Ger
mania iure meritissimo pro sua defensione dissentier
postulabit, cui non nihil laudis detraheret, si hęc que
relata sunt vera essent. Primū nemo scriptorum quod
ego scia, vllā facit mētionē Sycābroꝝ apud Meotidas
paludes ī Scythia, nec itē Frācorū, nec Frācus esse ex
istimo atticā dictionē q̄niā p̄t cetera attici nō hnt fl̄am
At ne Eoles quidē illius l̄e inuentores vtunt, Vnde
Grēcū esse vocabulū nō facile inducar, Alij Francos
dicūt q̄si feroces integre loquēdo qd̄ paulo tolerātius
esset, Francia etiā n̄ra oriētalis dicit, nō Franconia vt
vulgo noīari audio, Testis est diuus Hieronymus in
vita Hilarionis dū inquit, Inē Saxones quippe et Ale
mānos gens non tam lata quā valida, apud h̄storicos
Germania nūc uero Francia vocat̄ ide Franci nō Frā
cones dicēdū, h̄j autē qui in Gallia cōfederūt, nō Frā
ci sed Francigenę potius essent nūcupādi, vti eos ap
pellat R̄dosuita monialis Saxonica, vel Franci occidē
tales, quod aut̄ genus Troianorū sint Franci, ex Scy

Sunt indigene

thiacq; pgressi, comētū anile, sordidāq; fabellā existio,
et excogitatū ab hīs, qui de magnis maxī a loquūtur,
et ī fauorē illorū qui suā origīem vetustissimā atq; etiā
quōdam nobilissimā volūt p̄dicari, qđ et si qđem Ma-
nethon Aegiptius antiq̄uissimus dicat, vel vt alij existi-
māt a quibsdā in errorē suū dep̄uatus fingat dixisse,
Francus Celtis impat ex Hectoris filijs, attamen nihil
mihi obesse debet, p̄ter, n. hoc quod nec Vincētius
Gallus parū disertus historicus cōcordat Eneq; Siluio
nec hic ceteris, nec ceteri inter se, Illud est nemī obscu-
rum, Francū et si regnauerit apud Celtas aliqñ nūquā
tñ ingentē Celtarū nomē suū trāsfudisse, posteritatiq;
indidisse, qm̄ nllus nec gr̄ecus nec latinus, aut cosmo-
graphus aut historicus q̄ntū ego legisse potui Fran-
corū memit in Gallia, nisi tū demū illorū qui Germāia
p̄fecti totā Gallia inundarūt circa Valētiniani tempa,
nec ante Aurelianū ip̄atorē eorū nomē Gallis et Italis
auditū, adeo vt inf̄ Francū illū qui Celtis ip̄asse dicit,
& Frācorū in Gallia trāsitū, āni plus quā mille et q̄driz-
genti sint exacti, Dimissis igit̄ fabulis Blondo Flauio
assentior homī nō Germano sed Italo, qui dicit (sicut
et pleriq; alij) Francos, Vādalos, Burgūdiōes, oēs ve-
tustā originē h̄re ex Germania, deq; quibsdā Pliniū
citat in quarto naturalis historiē, ex traditione Agrīp-
pē dicētis, Germanorū genera esse quinq;. Vandalos
quorū pars Burgūdiones, vbi nūc perperā Vindelici
legitur, & male meo iudicio, quoniā paulo ante idem
Plinius Vindelicos alpiū accolos extra Germaniā col-
locat, hīsq; conterminos Rhētos non meminit inter
Germanos sed Alpestres, Germania enim om̄is teste
Cornelio Tacito a Gallis Rhōetijsq; & Pānonijs Rhe-
no et Danubio fluminibus separatur, vnde extra Ger-
maniā Vindelicos habitasse p̄spiciū est, tametsi iam

Germaniæ

diu, et multis ante seclis in nomē nationēq; trāsuerint
Germāicā, sicut et Rhēti. Sūt autē Vindelici (qs hodie
Algoios vulgo noīamus) ad qs vt Strabo dicit Brigā-
tj ptinent, quod autē dicit Siluius esse vetustissimū in
Germania Saxonū nomē, cuius omēs veteres memi-
nerit. Turingos autē tpe Valētiāi primū nomiātos,
nō meriualem et coalfertorē habebit, qniā Saxones
nō legi nisi apd Claudianū & Orosiū, nec eorū mētio
fit nisi tū demū tpe Diocletiani, Turīgi autē teste Cor-
nelio Tacito in exercitu fuerunt Vitellij Ro. ipatoris,
qui Germanicas legōnes habebat in Gallia, a quibus
et impator salutatus est, ante Saxones noīati. Cū igit
nec aduētus vllus Francorū sciaī, quippe quos cōtat
eruditorum iudicio asse indigenas Germaniæ, nec de
Sycābris historia Aeneæ qdret, qniāquidē nllōs vn-
q; legamus fuisse in Scythia, et item illud nomē sicut
oim ferme Germanorū recens sit, nēo mihi psuadebit
gentē esse aduēticiā, sicut nec alios Germaniæ pplōs,
quorū pariter nomē recens est, At qd plus de Francis
quā alijs fabulaī, fecerūt bella eorū plima, quę gentē
maxie recētis fame extollere et nobilitare ī pris solēt,
quoniā prius ignota et humilis in magnā hoies admi-
rationē adducit. Merū igit cōmētū existimo, et eo li-
bentius etiā, quoniā nullus est fere pplōs, excutiendo
etiā veteres historias, qui nō vetustā vel a longinqua
aliqua regione (et in primis Francigenę qui vel sup-
bissimī existimāt) originē ptendere gaudeat, psentia
etenī sordēt vsq; adeo, vt nulla fere sit nobilitas apud
Italos hodie, quę nō suos maiores Germania oriūdos
pdicet, ecōtrario nobilissima qq; familia Germanorū,
suū ortū a Romanis auspicaī, Sed qd Germania qn-
dam, nūc vt existimat Hieronymus Francia vocitetur
mirandum nō est, cum nulla natio, ex tota Germania

sunt indigenę

(quãuis plurias enūeret Plinius, Strabo, Ptolomeus, Cornelius Tacitus et alij) suũ nomẽ antiquũ retineat, p̄ter vnos Sueuos, & Frisios q̄s posteriores Plinius et Tacitus celebrarũt, et nẽo q̄d ego sciam vetustior, vnde venerũt quęso: quos hodie vulgo Hegoios Algoios, Vuyrtēbergēses, Badēses dicimus s̄ vnd̄ Brisgaurij, Sungaurij: vnde Misnenses, Slesite, Hessi, vel Hassones vt nũc dicimus, vnd̄ Vuedressi, Vuestuali, Pomeriani, Lusati, et alij non pauci: quorũ nemo ex scriptoribus mem̄it, vnde p̄spicis maximã esse in Germania nominũ mutationẽ, quod fere solet fieri, dum gens aliqua, et si primo tenuiss̄ima et humillia, postea tñ rapinis p̄datiõibus, vel iustis etiã bellis cãtata accipit vel a castro, oppidoue aliq̄ humili vbi primum se cõtinuit, v̄a duce eius nomẽ, sicut Vuirtenbergēsis hodie florētiss̄imus apud Sueuos ducatus, a mōtana et vnica arce nomẽ accepit, vel potius arx et tãdẽ regio ipsa, a regulis nobiliss̄imis tamen cognomiata est: Sicut Marchiõatus Badēsis ab oppido Baden, et Misnensis a Misna, ap̄d maiores nō adeo vetustos in nullo neq; noie neq; mēoria: Sicut etiã Alpestres illi q̄s vulgo suiceros vocãus, sedes vt volũt Heluetiorũ habitãtes a Suitz agresti viculo vidẽt nō obscure appellati, nam quod ad Suedos pp̄los suam originẽ referũt, nil mihi fabulosius existimat̄, Ante ducẽtos etenĩ annos in nulla existimatiõẽ habitati sunt, verũ paucos añ años a cede suorũ dñorũ famã vel potius infamiã auspicati, in magnã gentem et potẽtiam coaluerũt, posthoc alijs lacesitib̄ bellis egregie restiterũt, Nec mirũ videri debet, maximis enĩ flumibus altiss̄imisq; et natura munitiss̄imis mōtibus septi, expugnari difficillie possunt et sicut asperã, inclementẽ, et tristiss̄imã maiori ex pte habet regionẽ, ita gēs est effera, agrestis, p̄tinax, Sax

Germani sunt indigenę

ones autē fuisse Macedonas quis credat? quis enim Gręcia relicta Germaniā peteret, at nō persisto ulterius ī mltā refutatiōe, quā et ipse Eneas cōtradixisse videt̄, et credibile nō est tātam tāq; āplissimā Saxonū nationē, et tā multa ditione p̄ditā, linguā tam cito moręq; Germāos iduisse, Hic etiā qd Frāci, Turīgi, Saxones et postremū Boioarij q̄s nūc Bauaros vocamus et alij sint indigenę, illud est nō omnīo leue argumentū, quod nullū penitus monumentū, nulli ānales, nec ullius alterius lingue quā Germanicę signū vel vestigium appareat p̄ Germaniā, nec Bauari mihi ab Auaribus descēdisse vidēt̄, sed potius a Bois vñ et Boiemis quibus mutatis cultoribus vt Tacitus dicit, Boij enim in deserta Noricorū cōcessisse p̄dicāt̄, Et Rosuita monialis quę tpe Orthōis secūdi claruit, Bauaros appellauit Baioarios, et Hungaros hodie Auares, sicut et Otho Sueuus historicus clarissimus, nec hoc absōnū, facillime enī baioariorū in bauarorū nomē causa breuitatis vel corruptiōe potius est mutatū, Sunt igitur Saxones vt a diuerticulis redeā origine Sueui (quos cōstat citra et vltra Albī fluiū sedes habuisse) qui & ipi Saxones paulatī vt fit in ppriū nomē et potētiam coaluerūt, sicut et nūc Vuirtebergēses, nec hoc incōgruū aut a veritate alienū videri debet, qm̄ credibile non est tantā inumerosissimāq; Sueuorū nationē, vno aliq̄ noīe fuisse cōtentā, quę hodie multo arctioribus clausa limitibus, mltā priuata habeat noīa apud prisos ignota, id quod obscurū est nemini, vnde ego plura dicere supsedeo, contentus vera et verisimilia non figmenta dixisse, Vale candidē lector, Ex Tubinga,

Sapphicon.

Ad Ioannem nauclerū omniū studiosorū patronum

Sapphicon Bebelij.

Vnicum nostrę specimen palęstre

Docte nauclere i phitatis osor

Quę colit virtus: Helicon, Minerua

Agmine facto

Ponere interdū vigiles lucernas

Gaudeas cum sis solitus iacentis

Orbe sub vasto populi notanda

Condere gesta:

Et tui vatis tenues camęnas

Temnere haud pgas: mea fors beatū

Me facit nugis: triuiale carmen

Pango serenus

Buccinatores Cicero minutos

Sepe tractauit: stomacho benigno

Audit orator medijs Athenis

Sepe minores

Classicus scriptor legito libenter

Quę in tuas fudit mea musa laudęs

Sorte nō equa genius ministrat

Laudis honores

Pingis a primis patribus volumen

Inclytum: mores hoim reducens

Acta Sueuorę duce te patent et

Fortia bella

At mihi phębus cytharā sonoram

Ludicris rebus dedit et potentem

Fors dabunt nobis hyemes futurę

Seria scripta.

Ex edibus nr̄is, M, cccc, lxxxix:

e ij

Qui auctores legendi sint nouitijs ad comparandam
eloquentiam, et qui fugiendi, Opusculum.

Epistola Henrici Bebelij Iustingēsis ad Ioannem nauclerū alias Fergenhans, Iuris pontificij et oīm laudatæ artiū antistitē Tubingēsis ecclesie ppositum, aut verius antistitem, atq; gymnasiij eiusdem cancellariū, dominū & patronum suum.

Ultorū sepe auditorū p̄cibus efflagitatus vim
m rorū optime ac doctissime cōscribere, quid ex
istimē legēdum nouitijs ad cōpandā eloquē
tiam latinam et tersam, cū multū diuq; restitisssem rei
difficultate detritus, de his enī p rerū dignitate iudi
care, hoīs est in pensitandis scriptis bene callidi ipen
sissimeq; docti, quod pcul abesse a me ppria consciē
tia ductus nō obscure cognosco, vt dum ip̄e cuperem
iudicare de ceteris, iudicādū me oībus sim p̄biturus.
Hinc egre inducebar quicq; de hac re edere. Et quod
sciebā clarissimos auctores de eadem re non vulgaria
scripsisse cōmentaria, p̄sertim Fabiū Quintilianum in
decimo istituēdi oratoris libro, accuratissime exami
nasse. Ex neotericis autē Aeneā Siluiū in istituēdione
Ladislai regis luculēter tradidisse, quid legēdum fu
giēdū sit in ethnicis scriptoribus indicabā, sed istis
nō cōtenti cū obnixius n̄m iudiciū requirerēt, ini
quū tandē existimaui iusta petētibus meum officium
denegare, coepicq; meā sup hac re sentēciam in mediū
p̄ferre, et scribere ea quę sentio, sed quę oraculi loco
habere nō veli, quare tñ te Ioannes nauclere p̄ cete
ris mortalibus magnā ingenuarū artiū peritiā habere
cōpertissimū habeā, iudicem constitui et cēsorem, vt
quicquid a me p̄perā iudicatū fuerit, p tua singulari
et eruditione et modestia recognoscere velis, et in sa
niorē lectionē cūctis studiosis p̄ponere. Vale.

Qui authores legendi sint ad eloquentiā cōpandam.
Escensurus in puintiā mihi iniūctā laborabo
d tū ostēdere, quid legendum sit ad copiā latini
sermonis cōgrendā hīs, qui nūp̄ vltra primas
līras p̄gressi, cupiūt reddi elegantiores in colloquijs
familiaribus et epl̄is cōscribēdis, nō illis qui ex omni
p̄te oratorē requirūt, quē nullius artis inscicia teneat
necesse est. q̄d et sup̄ vires meas est, et Cicero, Quin-
tilianus et alij nō nulli grauissime p̄tractāt. Primū igit̄
Germāis scholasticis quibus hęc scripsimus, qui ī līris
iampridē prima fecerūt stipendia, summope cauendū
est, ne post prima grāmatices rudimēta, tam cito dia-
lecticis et phiē studijs sese penitus dedāt. Imbibūt enī
a tenera etate modū illum dicēdi atq; loquēdi ieiunū,
p̄tritū ac cōscissum, dialecticę peculiarē, quē nūq; nisi
summa cū difficultate, p̄fertim in colloquio familiari
dediscere ac decliare poterūt, cū pene indelebilia esse
soleāt quę teneris ānis insita fuerit, quare nō imerito
obiurgatus est quidā adolescēs (vt est ap̄ A. Gelliū)
a Thauro sua tēpestate ex nuēro phōr̄ disertissimo,
quod phicū studiū sectaret̄ añq; rhetorica supellectili
esset ornatus, dans intelligere primum nos rhetorico
& eloquētię studio esse debere intentos, Verum post
rhetorices p̄cepta ita dialecticę incūbendū esse p̄sua-
serim, vt eam degustes a limieq; salutes et p̄spicias, in
ea vero te ingurgitandū nō sinas, vt de phiā censebat
Ennianus Neoptolemus, nā si huic modū nō feceris
(dicit Au. Gellius) piculū nō mediocre erit, ne vt ple-
riq; alij, tu quoq; in illis dialecticę gyris atq; meādris,
tamq; ap̄ Sirenios scopulos consenescas, Qua ex re
eor̄ conditioni condolendum est, quorū magnus est
in Germania prouētus, qui cum ampullosa & vt eor̄
fert opinio, insolubila cudūt enthymemata in doctor̄

Epistola.

hominū corona, ita aliquādo in minimis tenuissimisq; grāmaticę legibus labantur. vel adeo balbucienti & rustico sermone in mediū pfundūt eorū sensa, vt alijs miserādi, alijs irridēdi esse videant. quod ne cōtingat primū pigmentis oratorijs venustemus n̄rū sermo nē, et de qualibet re copiose simul et grauiſ dicemus. At Germāia, q̄d vnicū et potissimū est impedimentū, oīs l̄aturę nisi curā habitura sit de disertis et eruditis p̄ceptoribus, nūq; barbariē exuemus. Valeāt enī qui me in magnis dialecticę et grāmatices commentarijs neglexerunt.

Inceptantibus igiſ opam dare eloquētię, cū Quin-tiliano suasurus sum, maxiope ab eorū cōsilio recedē- dum, qui illos minores et iuniores, quia facilior eorū intellectus creditur primo legendos cēsent, nam ego quēadmodū Quintilianus, optimos quidē et statim & semp, sed tñ eorū cādidiſsimū quēq; et maxie expoli- tum velim. Erit igiſ prima diligentia vt nō nisi optimū p̄batissimūq; legamus, imperitos autē et inelegantes auctores perinde atq; publicū venenū declinemus. Hic Cicero p̄ omnibus et ante omēs pedestris orōnis scriptores (nā de poetis suo loco dicemus) legēdus ē, qui et iucūdus maxie est et incipiētibus satis apertus, qui stili et sermonis elegātia atq; puritate, btissimāq; verboꝝ copia, omnibus scriptoribus antestare facile iudicat. post hūc, quēadmodū Plinius p̄cepit, vt qsq; erit Ciceroni simillimus. At vt mihi videor plus pro- derit adoleſcētioribus legere vel epl̄as vel poetas vel historicos, de rebus vulgaribus et familiaribus vel iucūdis, atq; voluptatē afferētibus et admirationē, q; bus detineāt, quā d' rebus serijs altissimis exq; media philosophia de p̄mptis, quarum nō sunt capaces atq; idonei auditores, hinc Ciceronis epl̄ę pre eius philo-

sophia legēde. Ideo nec Marfilius Ficinus (quia nimium
phūs) in eplīs, est pueris aut iucundus aut imitabilis.
nec fere digni in eplīs legi pueris nisi Cicero, Plinius
iunior, et ex recentioribus Philelfus multū placet, nec
aliū nisi forsā pauci, Plinio (cuius et si tpa, vt postea dicā,
cā, plimi aspnēt) Sidonius Apollinaris in eplīs palmā
tribuit, nec mihi displicet, ī quo maturitas et disciplina
laudat. At Sidonius ipse nō nihil in elocutione suarū
ep̄larū solet aberrasse. Et Symachus Patritius in suis
ep̄lis rotūdinitatis laudat et breuitatis, sed p̄pter nimis
am breuitatē nō est pueris cōmittendus, quicquid enī
breuit, etiā obscure dicit. Nec comœ dia pueris dene-
ganda (de ceteris poetis suo loco dicā) quę teste Qui-
tiliano plurimū ad eloq̄ntiā cōferre solet, int̄ comicos
aut̄ Terētius p̄cipue deligendus, qui ad cōmunē ser-
monū vsum est accōmodatissimus, et verborū p̄prie-
tate cunctis comicis p̄positus, sed Plautus et si delitię
appellitē linguę latinę, et latinorū vōrū sit elegantissi-
mus, teste Gellio adeo, vt Varro musas Aepistolōis
s̄na Plautino dicat sermōe locutas fuisse, si latine loq̄-
vellēt, non tñ vsq̄ quaq̄ pueris accōmodatus, eo qd̄
sermo eius vt Seruius vult hodie non est multū in vsu,
qm̄ nimis licent̄ et verbis ab vsu remotis loquat̄, nisi
talis sit p̄ceptor qui vsitata p̄suadeat, verba aut̄ desita
dissuadeat, Ceterorū vero comicorū si qua extant ne-
tāgenda quidē, p̄pter nimiam ātiquitatē, nisi forsā fir-
matis iam in elocutiōe, historia deniq̄ p̄pter verborū
elegantiam et rerū gestarū iucūditatē, maxie pueris p̄-
ponēda, in qua Liuius excellit, cuius candor et lactea
eloquendi vbertas cunctis seculis admirabilis est, &
Herodotus apud gr̄ecos summis laudibus effertur,
sed de gr̄ecis nulla a me mentio fiet cuius linguę im-
peritus, minimus sum idoneus preceptor, qui ne

e iij

Epistola.

fatis quidē latinus sum, nihilominus assiduus coactus
p̄cibus, libere q̄d ipse sentio dicā, nō ad ostentationē
sed p̄pter publicā iuuetutis Germaniē vtilitatē, ne sp̄
post hac ī Alexādro Gallo, Cornuto reliquisq; minu-
tis auctoribus atq; impitis suā adolescentiā terat, ne
gligat & corrūpat, post Liuium autē (vt redeam vnde
digressus sum) Salustius breuis et densus predicatur,
qui (q̄uis nouator vōr̄ existimet dum hīs notissimis
icessit versibus, Et verba ātīqui mltū furate Catonis,
Crispe Iugurtine cōditor historiē) inter primos tamē
mihī placet, Liuius autē magis quam Salustius pueris
cōmittendus, eo quod dulcior & effusior Salustio sit,
Iustinus itē hō eleg antissimus grauitate Trogū refe-
rens et Lucius Florus maiestate Liuiū suū, nequaq;
p̄teriri debēt, nec sine piaculo p̄teriri debēt quos ego
diligo & admiror, puerisq; int̄ primos p̄legēdos cen-
seo, Iulius Cesar in cōmentarijs, et Q. Curcius in suo
Alexādro hīc enī lenitate et copīa sermōis ē elegātissi-
mus, ille mūditiē & elegantiā ornatissimus, Valerius
autē Maxius, Suetonius Trāqllus et Cornelius Ta-
citus, et si sint grauissī scriptores et plane latini, paulo
t̄n duriores existimant̄, quare in hīs pueros non t̄m
versari veli q̄ntū in Liuiō, Curtio, Cesare et alijs sup̄
dictis, Firmis autē iudicijs iāq; extra piculū positus sum
mope legēdos existimāus, Valerius enim Maxius ta-
met si linguē latine copīā habeat, non tamen veneres
sectari videt̄, Plinioq; autē tēporibus q̄uis mltū debe-
amus, q̄d per eos et eor̄ eq̄les, lingua latina sit locu-
pleta et mltā expte cōseruata, duriusculos tamē fuisse
multis placuit, adeo vt Plinij seculū asp̄nent̄, dicente
vel ipso Cornelio Tacito, quis enim ignorat, & elo-
quentiam & ceteras artes, desciuisse ab ista vetere

Epistola

gloria, in scientia p̄cipiētium. Quid q̄ Seneca de suis
tribus conquerit̄ indecla, quicq̄ Romana facundia
habet, quod in solēti Grēcię, aut opponat aut p̄ferat,
circa Ciceronē effloruit, oīa ingenia quę lucē nostris
studijs attulerūt tūc nata sūt, in deterius q̄ttidie data
est res, hinc tametsi Plinius maior pinguis et floridus
p̄dicet̄ maturitasq̄ et disciplina in iuniore, Cornelius
Ta, Salustiana dēfite, in verbisq̄ aptus et pressus cō
mēdet̄, Suetoius itē grauitate, duriores tñ paulo pu
eris existimant̄, Nōne et Fabius Quītiliāus Synchroni
us (cuius alioquī oīo acuta est et grauis et castiga
ta) parū venustatis suauitatisq̄ laudat̄, ad orationes
vero cōponēdas idoneus adolescentibus magister, vt
autē redeam ad historicos, Iulius capitolinus, Sparti
anus, Lampridius, Volcatius, Treuellius, Vopiscus,
Eutropius, Ammianus Marcellinus, qui Cēsarū vitas
mēorie p̄diderūt, et si nō omnes mihi visi, corruptum
tamē (vt dicit Sabellicus) dicēdi genus pueris nō sunt
legendi, nec item Guido de Colūna in historia Troi
ana, nec Dictis, ne historia Alexandri magni, quę a
quodā Aegyptio Attenabato icipiens nō minus mē
daciter quā incōpte scripta est, Vincētius itē Gallus,
Antoninus Florētinus, Petrus Trecentis in historia
sua scolastica, historia lōgobardica, vitę sanctorū, by
blia, psalmi, alięq̄ ecclie (paucis exceptis) historie pue
ris nō sunt cōmittendę, quos eloquētes redd̄re cupi
mus, p̄p̄t corruptū et vulgare nīmiū dicendi genus,
quod puuli in tenera etate ibibentes dū tenax est me
moriam, non facile in virilibus annis obliuiscerētur, Et
sequētię q̄ dicunt̄ canūturq̄ apud Germanos in diuis
officijs, p̄p̄t durā, aridam et sordidā elocutionē ne
tangendę quidē, Hymni itē quos in alio ope ametros
vocaui, q̄si sine mēsurā carmis fluētes fugiendī, Am

Epistola :

brofiani aut Prudentij, Sedulij et ceteri oēs qui iusta
metroꝝ lege currūt, sunt legēdi et discēdi. At nec epi
stole Pauli et euagelia, vbertatem eloquij atq; florem
vident admistrare, adeo vt Hieronymus mltū sui dis
similis videat in sacraꝝ lrarū trāslatiōe, in suis namq;
ipius epistolis mltā ē exuberātiō atq; venustior. Vñ
si eloquētes discipulos et adolefcētes habere volueri
mus, nō illis sacras lras, pponemus, quas tandē et per
seipos intelligēt, quoniā simplex est eaz; stilus siccus
et icuiuus, sed pro fide vel tenēda vel stabiliēda sūm
ope cūctis Christianis sunt pdiscendē atq; pellegēde.
Et quoniā de sacra scriptura mētiō incidit, Scire licet
oibus qbus est cordi ecclīca turba, nō minus eruditi
onis repiri atq; faciēdi apd Christianos scriptores quā
ethnicos, Sūt aut hī Lactātius, Cypriāus, Tertullianus
Hieronymus, Rufinus, Augustus, Hilarius, Ambro
sius, Calliodorus, Cassianus, Gregorius, Bernardus,
Leo, Fulgētius, Orosius, Clemēs et alij non admodū
mlti q̄s ego videri, qui veterē eloquētiā emulati sunt,
q̄uis in aliquibus eoz; nō nihil in elocutiōe desideres,
In oēs tñ qui vnq; de religiōe Christiana scripserūt,
eminet et excellit nitore quodā ac copia, q̄si qdā fluui
us eloq̄ntiē Tullianę Lactātius Firmianus, vir omnīū
Christianoz; pculdubio eloquētissimus, Christianus
q; Cicero merito appellādus, posthunc prias sibi ptes
vēdicat ī eloquētia meo iudicio Cyprianus, qui instar
fontis purissimi dulcis incedit et placidus, de q̄ Lactā
tius dicit. Erat Cyprianus ingenio facili, copioso, sua
ui, et que sermōis maxia est virtus apto, vt discernere
neqas, vtrū ne ornatior ī loquēdo, a ut faciliōr in ex
plicādo, an potētior ī psuadēdo quisq; fuerit, nec aut
Hieronymus aut Rufinus inter postremos habēdi,
verū illis vt ego sentio proximos, nec ego diuū Hie
ronymū satis in hoc pbo qd in Ruffinū virū tā sanctū

Epistola.

tam eruditū, tamq̄ disertū adeo acerbe inuehit, qui
 etiam copia venustateq̄ sermōis nulli ecclīcorū facile
 cedit, a quo Iosephus Iudeus, et historia ecclesiastica
 Eusebii eleganter est translata, et alia nōnulla. Quod
 si cui plus placet lectio Christiana quā ethnica, inue-
 niet p̄fecto quatuor doctores ecclīe colūnas a p̄stan-
 tissimis Romanis, eruditōe atq̄ eloquētia haud mul-
 tū supatos, Marcū enī Varronē virū vt dixit Terēcia-
 nus vndecūq̄ doctūssimū effinxit, vel potius equauit
 admirāda et mltiūga eruditione Augustinus omniū
 Christianorū doctūssimus, Mūdiciē et calorē, C. Iulij
 Cesaris reddidit nobis elegātissimus simul & arden-
 tissimus doctor Hieronymus. At Ambrosius preter
 sanctitudinē togato eloquio summaq̄ gravitate, op-
 timū nobis, et senatorē, et oratorē, et impatorē, Cato-
 nem portū equipauit, At Senecā anēū, morū descrip-
 tione vitiorūq̄ detestatione acerrima Gregorius re-
 duxit oīm Christianorū vt dici solet moralissimus, nō
 tamē oīno elegans Lactancius, insup lacteo eloquen-
 tię fonte Ciceronē exp̄ssit, at Titū Liuiū disertissimus
 martyr Cyprianus, vbertate et sermonis suauitate re-
 uiuiscere fecit, At vt verū fatear priores nemo nō p̄-
 ferre dubitauit presertī in elegantia, Cassiodorus itē
 magnū habuit ingeniū, rarā eruditionem, infinitamq̄
 sermonis supellectilē, ceterū nō nihil gotthicissare vt
 ita loquar cū suo theodorico existimatur, Bernardus
 vero sermonis plus suauis, et pmulcentis quam casti
 et elegantis, Orosius paulo durioris, Fulgentius autē
 nō nihil affectati videt esse et paulo horridioris, Cas-
 sianus vero tametsi facūdissimus scriptor a Cassiodo-
 ro appellei, eius tñ elocutio nō oīo p̄bat, et Tertullia-
 nus theologorum fere antiquissimus creber est in
 sentētis, sed difficilis i loquēdo vt dicit Hieronymus,

Epistola

Cetera vero multitudo theologorum et in primis recētorū, ad compandā eloquentiam minime est idonea, nō enī lenocinia verborū aut inanē linguę iactantiā sequi videri volunt, sed nudā veritatē, et fidei fomenta, hoc vnū pferētes (vt Seneca dicit) quę veritati operā dat orōnem incōpositā esse debere et simplicē, Corruptit autē theologię eloquentiā et nitorē, Parrisiorū primū et post Germanorū barbariloqua phia. Alexādrīq; de Hales, et eius similiū nimia vt dicit speculatio, a qua sancti doctores de quibus sup̄ diximus alieni fuerūt, et tñ hereses emerfas et emergētes suo tpe extirparūt fidemq; Christianā dilatarūt atq; illustrauerūt gloriōsissime. Cum Alexādro vero Thomas Aquinas, Io. Scotus, Guilhelmus Occā, hoīes alioquū eruditissimi et horū oīm pclarissimus Albertus magnus Sueuus, solēciffant sordideq; loquūtur, nec quisq; egreferat omissos forte aliquos, quos ipse valde p̄bet vel forsā ip̄bet. Fateor enī plures et legēdos et fugiēdos: alios esse plures quā qui nomīabunt, sed facile in vtramq; ptem studiosi hīs superioribus simillimos iudicabunt. Nec n̄m institutū ē vel viriūm n̄rarū cūctos nūerare, sed solū eos, quos pueris p̄legendos esse existimē, & obiter minus idoneos meo iudicio dissuadere, ī quo si int̄dum aberrauero, hoc vt verbis Rhosuite monialis Germanicę vtar, oīm sapientiū benignitati offero expurgādum, eorū dūtaxat, qui erranti nō delectant̄ derogare, sed magis errata corrigere. De industria autē omitto plēs auctores qui et si sint elegātes, materia tamē de qua tractāt vel parū iucūda vel nimīū grauis est adolefcētibus. Licet enī Cornelius Celsus auctor sit latinus et elegās, de medicinis tamē scribens nō facile pueris, p̄ponetur legēdus, nec Victriuuius et ipse elegans de architectura scribens, Ita nec Iulius quoq;

Epistola.

Erōtinus scriptor et eloquēs et tersus omnino pueris idoneus. nec Vegetius cuius tamē oīo corrupta et nō nino casta cenferi solet. Columella itē de agricultura scribēs elegātissimus ē. sed materia fastidio est adolescentiē parū curiosę. at M. Cato et Varro de eadē scribētes duri sunt. et nō legēdi. Sunt ergo duo genera vt dixit Quintilianus pueris maxime cauenda. vnū ne quis eos antiq̄tatis nimimus admirator in Gracchorū Catōisq̄ aliorū similiū lectiōe durefcere velit. Fict enī horridi atq̄ ieiuni. et qd in primis p̄niciosum est. nllā oīonis suauitate. lenocinioq̄ vōrū deliniti. non facile cum voluptate et diligētia audiūt hosce. tam duos & tristes iterptari. Quotus enī qsq̄ (vt dicit Plinius) est tā rectus auditor. quē nō dulcia et sonantia potius q̄ austerā et p̄ssa delectent. et vt paucis dicā. mltō plus fauemus et pmouemur lenitate q̄ asperitate. hylaritate q̄ tristitia et vbertate. q̄ vt ita dicā ieiunitate. que cū ita se habeāt. semoueas a lectiōe puero r̄ cū supioribus M. Varronē. Actiū. Pacuiū. C. Neuiū. Claud. iū Luciliū. Afraniū. Fabiū pictorē. Laberiū. Androni cū Liuium. Q. quadrigariū. Valeriū Antiatē. Ceciliū Q. Enniū. quorū ea scripta q̄ extāt apd' Gelliū. Noniū Marcellū. Festū Pompeiū. Priscianū & alios hincinde grāmaticos. dura sūt maiori expte et obsoleta. nec nobis imitanda. Ab antiquariorū igit̄ & cacozelōrū lectiōne maxime phibeant̄ adolescentes. quos vt diuerso genere vitiosos pari fastidio spreuit Augustus. Est aut̄ cacozelia nis affecta locutō. & cacozeli nis affectato sermone loquentes. quos oēs retro eruditi scriptores detestati sunt. inter illos nimius est L. Apuleius iureq̄ odiosus verborū nouator. cuius sermone in eo p̄sertim ope qd de asino aureo inscribit̄. vt dicit Laurēntius Valla. si quis imitef nō tam auree loqui. quā

Epistola.

nō nihil rudere videat. nō nihil et Aulus Gellius affectati sermonis incusat. veterū quōque vocularū amātor pauloque horridior. Ceterū propter varietatē rerū firmatis in elocutiōe sūmope tractādus. Est et paulo durior horridiorque nec vsque quōque castę elocutiōis Macrobius. qui magnā suorū saturnaliū partem ex Gellio emēdicauit. Sicut & Iulius Solinus ex Plinio. qui & ipse dure & nō ex omni parte elegantis elocutionis esse predicat. at qui cū Macrobio ut A. Gellius legendus venit. Sūt itē hodie plures. et praesertim qui absque preceptore et sera eruditiōe. falsam sibi scię persuasionē inbuerūt. quibus affectatio omni ut dicit Quintilianus in eloquentia viciorū pessimū. pro sūma in sermone elegantiā habet (at ut praefatus dixit. ingeniū eorū iudicio caret. et spē boni fallit) qui ea quę sūt in optimis auctoribus pessima (nā et hi labant aliquā nec semper intendūt animū nōnūque fatigantur) quę sunt vel durissima vel obsoleta. & impropriissime ut ita loquar orōnis. illorum auctoritate freti omnibus in orōnibus suis nō dubitent infulcire. acciditque hijs. ut quicquid apud illos repererit. legē dicendū putēt. ut deteriora imitent. Id enim est facilius. ac se abūde similes putant. si vitia magnorū cōsequant. hinc Seneca quendā Aruntiū ita deridet. Arūtius fuit Salustianus. quę apud Salustiū rare fuerūt. apud hūc crebra sunt. et pene continua. nec sine causa. ille enim in hec incidebat. at ille illa querebat. Et Hieronymus grāmaticū quēdā Afrū Romę habuit virū eruditissimū. & in eo se emulū preceptoris putabat. si stridorē linguę eius et vitia tantum oris exprimeret. quare ut idē dicit magistrorū nō vitia imitāda sunt sed virtutes. Cesset igitur nostris pessima quęque affectandi cupiditas. illos optimos excusabit auctoritas & vetustas. tu

autem nō hos modo errores affectatē imitaris, verū
etiam ad cōsimilia trahere quod in primis absurdum
est, niteris. Et vt tādē in summa dicam quid docēdo
& scribendo vitandum sit, vt antiqua & affectata, ita
nimis trita & vulgaria sum mopere declinabimus. qd
graphice et luculenter Seneca monuit. Multi (īquies)
ex alieno sēculo petunt verba, duodecim tabulas lo-
quūtur. Gracchus illis & Crassus et Curio nimis culti
& recentes sunt, ad Appium vsq; ad Coruncaniū re-
deunt, quidam contra, dum nihil nisi tritum & vsita-
tum volunt in sordes incidūt, vtrūq; diuerso genere
corruptum est, tam me Hercules quam nollent splē-
didis vti ac sonātib; ac poeticis necessaria atq; in vsu
posita vitare. Tam hunc dicam peccare quam illum,
alter se iusto plus colit, alter se iusto plus negligit. De
Seneca postremū dicturus & Boetio nō possum satis
admirari, qua tēporū iniquitate id fiat, vt omnes fere
apud Germanos ludimagistri qui p̄ceteris hūana-
rum litterarum sibi eruditionem arrogāt atq; persua-
serunt, vt discipulis suis fere non nisi vel Senecā phi-
losophum vel Boecium legant, cum vtriusq; oratio et
dicēdi genus sit corruptum, aridum & ieiunū, ideoq;
nequaq; pueris inculcandū, licet alioquin fuerint viri
eruditissimi. Boetius enim fuit quod paucis contigit
summus dialecticus, summus mathematicus, sūmus
philosophus, summusq; theologus. At Senecę doctri-
na quid ad iustitiam, pietatem, patientiam, modestiā,
reliquasq; virtutes colēdas efficacius; et vt vno ver-
bo dicam ad bene beateq; viuendum omni ex parte
magis desiderādū; qui vt Lactātius d' eo scribit, morē
vitiōrūq; publicorū et descriptor Xissius, et accusator
acerrius fuit, at pueris vt dixi cauēdi sunt ne p̄uū ac-

f ij

vitiosum dicēdi genus inbibāt, verū iā q̄q̄ robustis et
seuere genere satis firmatis, sūmo studio sunt legē
di, nam et p̄ter Ciceronē qui sine cōtrouersia optius
est et cūctis īgenijs p̄ferēdus, Interdū vī Cēsaris, aspe-
ritatē Cēlij, diligētīā Pollionis, iudiciū Calui, q̄busdā
in locis assumere studiosis psuasit Quītilianus, et vt
ad eos veniā quorū scripta extant, interdū vbertatem
Liuij, acumē Quītiliani, sonū Lactācij, lenitatē Curcij
Senecę copiā, nitorē Plinij, breuitatē Salustij & aliorū
legere et imitari licebit, eē, Reliquū genus erit quod
pueris cauendū suāsīt Quītilianus, ne recentis huius
lasciuie flosculis capti, voluptate p̄ua quadā deliniāt,
vt p̄dulce illd̄ genus a puerilibus īgenijs, hoc gratius
quo p̄prius est adamēt, floride p̄fecto ōrones vt dicit
Seneca, et nimis dulces inuanū exeūt, et sine affectu
nihil amplius q̄ sonant, hinc Caroli cuiusdā et m̄torū
hodie in Germania ep̄i stolę, a puerorū lectiōe m̄tum
seq̄strandę, nullo enī rerū pondere innixę, laborant in
nouis iūctiōibus, transsumptiōibus et macrologia,
reliquisq̄ supuacaneę ōronis illecebris, quę omnia in
ep̄lis scribūdis sunt cauēda, Et quoniā de ep̄lis mētio
incidit, nihil ē incultius, difficilīus, salebrosius, audaz-
tius, affectātius, et (vno verbo) barbarius, illorū ep̄lis;
quos ego multos cognoui qui absq̄ p̄ceptore (quem
nūq̄ habuerūt) et eruditiōe, p̄postera quadam tm̄mō
diligētīa, & nimis infausta, et p̄cipiūt & ep̄las scribūt,
quorū vnū studiū est ex p̄batis auctoribus (quos ipsi
a limine, tm̄ salutāt, cū penetralia adire nequeāt) m̄ius
vsitata et quę sibi elegātiora vident̄ verba eripere, &
in vnū cōpilare, stilūq̄ quasi panē frustillatū vt ita dicā
mendicare, et ita sine vllō ordie, et rerū dignitate pro
ep̄la coaceruare, vbi nllā est cōsequētia rerū, nec vllū
ex altero pendet ōronis cōtextū, quin potius iūctura

Epistola.

et aspera. et salebrofa efficiunt et sententię abruptissime.
quod illi non aduertunt contenti. elegantia verba congrue
ut ipsi dicunt coniunxisse. Et ita cum modo barbari et inculti
(nam suis interdum vocabulis uti cogunt res scribenda-
rum varietate) modo casti et florētes appareant. ex illustri-
bus verba. et totas orationes mutuati. nascitur maxime vi-
ciosum dicendi genus. dum in una epistolam vel orationem
(tamquam in unum agrum inimicissima inter se spargant semina)
verba dissillimati generis in unum componunt. Nec insuper
audiendi sunt quidam in Germania. qui modos ut ipsi
loquuntur epistolam tradere gloriantur. in quibus breui
Tullianam redolentes eloquentiam. epistolam scribere compositurus.
laborant autem hi omnes. partes quasdam epistolę tradere. &
certa vocabula. ex quibus quicquid scribas eliciendum
sit. quos eorum modos barbarissimis scateles. a pueris
tamquam veneficam cicutam amouere necesse est. nisi eos idcirco
rescere velis in ea verborum ieiunitate. unde nunquam facile
redimas. At que est tua demencia o talium modorum epi-
stolam compositorem. ut nobis Romanam linguam infundere
volueris in tam breui tempore. ad quam consequendam plerimum
Romanorum (quibus vernacula erat) omne suum tempus
impertire. et quotidie declamare erant soliti. nec nisi
pauci reperi. qui id de se cum dignitate prestare potuerunt.
Abest igitur istis cum barbaris hallucinationibus. esset enim
ut Quintilianus ait. rhetorice res prorsus facilis ac pua-
si vno breui prescripto continerent. Quare ut idem inquit.
nemo a me exigat id preceptorum genus quod est a plerisque
scriptoribus artium traditum. ut quasi quasdam leges im-
mutabili necessitate conscriptas studiosis dicendi ferant.
De neotericis iam pauca dicturus. amplissimas imprimis
gratias duxerim habendas. hijs qui linguam latinam iam mille
fere annis depditam. et Gotthica colluuiatione contami-
natam instaurare sunt aggressi. bene enim meriti de rep.
f iij

Epistola.

litteraria existimari debent. Credo autē primū fuisse
 Frāciscum Petrarchā, eiusq; discipulū Ioannē Bocca-
tiū, qui hoc tam pium tāq; diuinū munus susceperūt,
 paulo tamen durioris elocutionis, nec castę latinitatis
 vsq; q̄q; obseruatores, nō puenerūt quo āhelauerūt,
 hostē enī Gotthorę Vuandalorę Hunorę et Longo-
 bardorę barbariē aggressi, cladibus affecerūt, deſer-
 re oīno Italia atq; elimiare nō potuerūt. Ideo nec mltū
 imitandī, indicantes non obscure harum vt aliarū rerę
 infirma esse principia, secūdum quod dicit Apuleius
 libro primo floridorum, nec quicq; omnium est quod
 possit in primordio sui perfici, sed in omnibus ferme
 ante est spei rudimentū, quam rei experimentū, hīs
 quos nominauī adde Gasparinū Bergomensē, qui
 et ipse iuter primos est, qui veteris eloquentię vmbra
 assequi conati sunt, qui ad epistolas familiares, vt ipse
 mihi testis es Ioannes Naclere virorū optime, nō est
 inam cenus, licet in elocutione eius aliquid desideret.
 Sicut et i Leonardo Arretino alioquī philosopho hi-
 storico, et oratore clarissimo, Itēq; et Poggio Florentis-
no equali huius, in quo si pauca in elocutione demas
 nihil est eius oratione nec venustius nec copiosius,
 quippe qui suo tēpore erat oratorū omniū disertissi-
 mus facetissimusq;, et id in primis in opere illo lepi-
 dissimo quod facetiarum inscripsit, quibus ego non
 minus iucūdas aliquando subiūgam. Laurētio autem
Vallę atq; Philelpho nihil elegātius est atq; ornatius,
 legas enim preter cetera ea quę transtulit Philelphus
 de gręco in latinum, legas Thucydidem & Herodotū
 historicos a Valla, Diodorum Siculū a poggio, Poly-
bium a Perotto, Plutarchum a varijs, Strabonē, Dio-
nisiū Halicarnaseū, Apianū, Herodianū & quosdā
 alios gręcos, nūc latina toga indutos, et inuenies pro-

fecto hæc nostra tempora ad veterem eloquentiã acces-
sisse proxime. Laudat & Bartholomeus Platina i sua
pontificum historia, nõ nihil & Blondus Flavius, qui
tamen luculentus fluere dicitur. Cõmendatur p̄terea
Guarinus Veronensis, Petrus Paulus Iustinopolita-
nus, Gregorius Tifernas, Theodorus Gazes, Grego-
rius Trapezuntius greci, Beroaldus & Hermolaus
barbarus, Picus Mirandulanus recentiorũ theologo-
rum elegãtissimus. In omniq; illustri lingua, liberaliq;
eruditione nobilissimus, & alij non pauci (tedet enim
cunctos numerare, cum non instituerim facere cata-
logum) quos facile cuilibet veterũ quorũ fuerũt emu-
li in eloquentia cõparabis, nec desunt in his qui pue-
ris proponi tuto possent, at Quintilianus dixit circa
priores tutiorem esse imitationẽ, Aeneas aut̄ Siluius
in epistolis nobis p̄pter res germanicas legendus, at
nequaq; imitandus. Teuthonicę enĩ inscribendo cõ-
suetudini nimis obtemperãs, ea effudit aliquãdo que
sunt ab omni mũditõris sermonis grauitate et p̄prie-
tate alienissima, fuit alioquin facili ingenio facũdo &
copioso, nec nisi sordidã elocutionẽ incusares, ceterũ
in historijs quarũ doctissimus erat paulo elegantior,
Nunc postremũ de poetis dicam qui ad omne genus
vitę optime instituendum sunt non inutiles, quod &
si plus profint oratores ad cõmunem vsum loquendi
quã poetę, plus tamẽ pueris poetas ex hoc legendos
iudico quã oratores, Facilius enim versus ediscemus
quam profam orationem, et vt graphice Sedulius di-
cit, sunt multi quos studiorum secularium disciplina
per poeticas magis delicias & carminum voluptates
oblectat, hĩ quicq; rhetoricę faciendę perlegũt negli-
gẽtius assequũt, q̄niã illi haud diligũt, qd at̄ v̄suũ vi-
derit blãdĩnto mellitũ tãta cordis auuiditate suscipiũt

vt in alta mēoria sepius hoc iterādo cōstituāt et reponant, sicut et Lactātiū iquit, facilius inherēt audiētū memorię versus numerosi et ornatī. Tale autē tempamentū est adhibendū, vt singulis diebus et orator & poeta p̄legat, cū neuter sine altero cōsumatū in eloquētia virū faciat, nā vt Theophrastus iquit, Mltum oratori confert lectio poetarū, nāq; ab hīs et in rebus spūs, et in verbis sublimitas, et ī affectibus motus oīs, et in p̄sonis decor omnis petīt. Sunt autem poetę alij Epici seu Herioci, alij Satyrici, Comici, Tragici, Elegiographi, Epigrāmatographi, Bucolici, Phli, Astro-nomi, Medici, & Hierographi, hoc ē ecclesiastici scriptores, adeo vt non inepte a Manilio dici possit, omne genus rerū docti cecinere poetę, in omnes tñ poetas maxie legi debēt heroici qui sunt apd̄ latinos, Vergilius, Lucanus, Statius, Silius italicus, Valerius flaccus, quoniā in hīs sublimitate heroici carmīs animus assurgit, et ex magnitudine rerū spiritū ducit, optisq; imbuit, p̄ceteris autē Vergilius, quē p̄pterea, vt scribit Augustinus legunt puuli, vt videlicet poeta magnus, oīm; p̄clarissimus teneris ebibitus ānis, nō facile obliuione aboleri potest, scd̄m id Horatij, Quo sep̄ est ibuta recens seruabit odorem Testa diu, nec ceteri negligēdi, De Coicis (qui ad eloquētiā maxime cōferre p̄nt, cū per omēs et p̄sonas & affectus eant) superius dixi, Ex tragicis vnū tantū apud latinos habemus Senecā scd̄m, nam duos Senecas fuisse testis est Marcialis et Appollinaris, et tragœdia quę octauia in scribit luculentissime cōuincit, Senecam philosophū nō scripsisse tragœdias illas, et diuersum dicendī genus Senecę philosophi et harū tragœdiarū, Sūme autē p̄legēdus est tragicus ille adolescētibus, in quo pura est elocutio, lactea eloquij vbertas, verborū p̄prietas

et s̄nar̄ grauitas, quę p̄fecto ex intimis philosophię
penetralibus est de p̄mpta. Bucolici etiã nō nihil rusti
cam simplicitatē & mores exprimentes, adolescentes
afficere solēt et detinere, hī sunt apud nos Vergilius,
Titus Calphurnius, nec Petrarce eglogas im̄pharē,
cultissimas etiã scripsit Baptista Mantuanus, alter vt
m̄ltis p̄suasum est Vergilius, nec Theocritum inepte
trāstulit Martinus Phileticus, legendi et epigrāmato
graphi, quos habemus apud Latinos, Martialis, Clau
dianus & Ausonius, minus tñ pueris Marcialis, qui et
si floridus sit et ornatus, p̄niciosus tamē est et in m̄ltis
lasciuus, Claudiãus poeta est elegātissimus, nec incul
tus, Ausonius, vnus ph̄us est Lucretius pueris nō cō
mittēdus, Astrōimus Marcus Manilius, et Auienius
ruffus, Germāicus Cesar Ciceroq; qui Aratū i latinū
traduxerunt, Medici Serenus Samonicus, & Macer,
cuius librū de viribus herbar̄ nōdū vidi, nescioq; an
vspiã inueniãt, liber enī de viribus herbar̄ qui Macri
nomine circūfer̄, mentis auctorē, et p̄pter sordidum
ōois genus, nonq; interdū seruatā syllabar̄ q̄ntitatē,
& quod Macer tpe Ouidij erat iam senecta cōfectus,
quēadmodū ille cecinit, sepe suas volucres legit mihi
grandior euo, Quęq; nocet serpens: quę iuuat herba
Macer, libellus autē de q̄ nūc sermo est Pliniū allegat,
qui vespasiani tñ demū impio floruit, vñ liquidissime
cōstat Macrē huius libelli auctorē nō fuisse, Et vt re
deã ad institutū, nec ph̄i nec medici nec astronomi res
adolescentibus idoneas (quippe quę ingeniū puerile
trāscendāt) scribūt, ide nec eis p̄legendi veniūt, Saty
rici autē sunt Persius, Oratius & Iuuenalis, acerbissimi
vicior̄ castigatores, et ob hoc non p̄tereūdi, sunt tam
in eis parū proba quędam, sed lasciuia & turpitudinē
narrantia (quę sunt caute adolescentibus ab eruditis

Epistola.

preceptoribus exponenda) nec hoc alienum esse debet a
satyrico, vitia enim non nisi cognita caueri possunt. Et
poeta, non secus ac ubi diuini ecclesiastes, ut sceditate
scelerum atque flagitiorum spurcitiem dissuadeat et detestet,
cogit apto Marte signis que sublati decertare, et osteso
prius hoste, hostisque turpitudine atque impotentia plium
inire, nec inficias eo in singulis poetis posse vel minima
inuenire ubi rosis essent spine, et virtutibus vitia inter
dum permixta. Verum eruditus doctor, qui solus bene do-
cere potest, nouit quid sit tradendum et iugerendum, quid
surda quasi aure pretereundum, honestaque circumlocutione
insinuandum. Persius tamen, quia nimium obscurus, vix ado-
lescensibus utiliter tradi potest. Sunt etiam georgici sicut
Vergilius et Hesiodus non ineleganter a Nicolao de valle
latinitati donatus. Sunt item Lyrici, inter quos solus (teste
Quintiliano) legi dignus Horatius, latici autem & mimo-
graphi et quidam alij penitus abiiciendi. Suus postmodum
ecclesiasticis poetis honor est tribuendus, qui et ipsi pueris
non inutiliter interpretari possunt. Inter quos eminent quos
ego sciam, Prudentius, Iuuenius, Sedulius, Arator, For-
tunatus episcopus Pictauiensis, et Ambrosius hymnographus
non minus nitidus quam pressus. At ut dicam quod sentio,
eloquii ubertate, carminisque sublimitate et integritate,
verborum tum demum candore et proprietate a superioribus
illis longe supantur, nec si vane gentiliu fabelle (ut a
multis obicitur) in illis continentur, ideo sunt continuo abij-
ciendi. Metamorphosis enim Ouidij fabularum diuersorum;
item liber fastorum qui et eisdem scaturit, de remedio, liber
tristium et de potu, tuto et cum maximo fructu adolescen-
tibus traduntur, et multo tutius meliusque, quam ipsa que
vocantur apocrypha, maxime teste Hieronymo cauenda,
quam ipsa denique phantasia, que sacra et diuina putant, hoc
nos docebit Augustinus hierographorum athesignanus.

qui cū verba apostolī allegasset dicētis, videte ne quis
vos decipiat p̄ phiam, et ianem seductionē sc̄d̄m tra-
ditionē hominū, sc̄d̄m elemēta huius mūdi et nō secū-
dum Christum, subiūgit, Quāto enī meliores grāma-
ticorū et poetarū fabellē, quā illa decipula, nam versus
et carmē & Medea volans vtiliore s̄ certe, quā quinq̄
elemēta variē fucata p̄pter quīq̄ ātra tenebrarū, quę
oīno nll̄a sunt et occidūt credētē, nā versum & carmē
etiā ad vera pulmēta, trāffero, Vol antē autē Medeā et
si cantabā nō asserēbā, et si cātari audiebā nō credebā,
Illa autē credidī de quibus rebus alibi copiosius disser-
taui, Nunc de ecclesiasticis cōcludā, si duos Germāos
inter illos reponā, Rabanum monachū laudes sanctę
Crucis illustrantē, et inter oēs scriptores ingeniosissi-
mū, Rhosuītā alterā, sanctimonialē Saxonica admi-
rabile cūctis sc̄lis feminei sexus exemplar, quę tempe
Otthonis primī et secūdi impatorū, p̄sam simul oīonē
atq̄ carmen lusit venustissime, quę (vt in vniuersum
iudicē) sicut et Rabanus fuit ingenio facili et copioso,
et ad poeticā nec repugnātibus musis p̄mpto, Ceterę
iniquitate temporū fuerūt ambo elocutionis non nihil
fordidę, et ad vnguē syllabarū q̄ntitates vbiq̄ nō ob-
seruātes, verū plus tēporis quā ingeniorū vitiū existi-
mandum est, Sicut et in Alano qui et ipse Germanus
fuit, cuius de planctu nature liber et antiaudianus
nō ingeniū & eruditionē, sed elegantiorē stilū deside-
rāt, Barbariē enī quādā, veluti et Ioannis Gersonis
galli carmen sapit, theologi alioquin haud i celebris,
inīq̄ recentes facile principis, et vt reuertar ad prio-
res, nullus apud Germanos ad nostra vsq̄ tempora
reperitus est, quod ego sciam, qui priscam eloquentiā
sermonemq̄ ex omni parte purum expresserit, nisi
forsan mihi nōdum visus quidam Christianus vel vt
g ij

Epistola.

alij volūt Guntherus Alemānus, qui duodecim libris Federici primi gesta cōplexus, heroici carmīs ardore eloquio atq; historica veritate, eloquio q̄q; non vulgari sed erudito et disertō Lucanū ip̄m effinxisse esse q̄ emulatū foeliciſſime p̄dicat, cuius dij dent vt aliquñ opuscula in lucem prodeant. Et Petrus q̄q; de Vineis Suetius, fortissimi ip̄atoris Federici sc̄di sueui archi- grāmatus, nūq; nobis p̄tereūduſ, cuius igenio q̄ntū ego frequenti lectiōne possum colligere, nihil fuit in tota lingua latina suo tpe copiosius, apertius, venusti- us aut elegātius, quē Itali p̄pter summā eruditionem et eloquentiā et Italū dixerunt, et p̄pter odiū, a Fed- erico excecātū mentiunt, cū post illius obitū elegātissi- mas eius p̄ impatoribus epl̄as legerim, nec itē Ioannē Tritenniū abbatē satis probo, quod hūc ipsū (p̄ eo quod impatoribus in q̄r̄ seruitio fuit adhesionē) taxa- re et reprehēdere cōsueuerit, tamq; impatoribus non liceat sua iura cōtra ambitionē et auariciā (que p̄cul- fuere a Petro) quorundā pontificū defendere atq; ab hijs armata manu auferre, aut non liceat citra fidei detrimentū iacturāq; et piclitationē seruire impatori- bus, qui vere sunt dñi mūdi, etiā si in pontifices affe- ctionibus subiectos, et qui se plus hoīes quā Christi vicarios meminerit, sint animo non amico sed hostili, nemo enī non se et sua ab alioꝝ iniuria vindicare stu- diosissime conat, Ceterū Germani (qm̄ de hijs mentio incidit) philosophiā, theologiā ceterasq; oīs honestas disciplinas, si vnā dempseris eloquētiam eruditissime tractauerūt, calluerūtq; p̄bissime, nescioq; an alia gēs quā nos melius nouerit, At hodie sunt apud nos mlti qui non mō multiuga eruditione, verū etiā tersissima orōne & carmine, etiā cū ipsis Italis cōtendere possint quā gloriosissime, quos ego de industria silentio p̄ter-

reo. nā cū catalogū facere nō veli omēs q̄ recēdere. cō-
sultū visum est omēs omittere. ne alterutrā in partem
aut fauor in me rephēdi possit. aut odiū. prēter duos
nobiles (quorū mirifica eruditio. tersissimaq̄ eloq̄ntia
summā me in admirationē traxit) Bohuslaū scilicet de
Hassenstein nobilissimū in Boemia Regulū Baronem
q̄ vulgo noīatū. cuius siue p̄sam orōnē legas siue car
mē. nulli cōpabis recentiū. sed veteribus tā poetis q̄
oratoribus elegātissimis. q̄s exp̄ssissime effinxit eq̄-
uītq̄ mirifice. Alter ē quē nōinādū duxi. Itel Vuolfus
de lapide Sueuus. cuius et si barbarum sit nomē. lati-
nissima tñ est quā solā audiui orō extēporalis. Scrip-
sisse aut fert̄ librū de laudibus heroum et viroꝝ illu-
striū mihi nō visum. ad Georgiū de lapide auūculum
suum. qui pro rege Hungarię Matthia Slesia regionē
quondā pcurauit. qui et ipse doctus et disertus fuisse
p̄dicat. Vtinā nobilitas nra horū vestigia sequeretur.
hinc et lris et lraꝝ studiosis optime consulere. sed de
hīs alias plura. Elegiographi postremū. qui sunt apd
nos. Quidius. Tibullus. Proptius. Catullus a me re-
ferent. q̄niam illos ab adolescentiū lectiōe amouēdos
cēseo. Inq̄ firmius. vt vult Quintiliāus. etatis robur re-
seruādos. Exēplo cātici cāticoꝝ. de q̄ ait disertissimus
Hieronimus. (aiūt enī obseruari etiā apud Hebręos)
quod nisi quis ad etatē p̄fectam maturāq̄ puenerit. li-
bellū hūc nec quidē i maibus tenere pmittat. Ob hoc
ergo moneo et cōsiliū do omi. qui nōdū carnis et sang
uinis molestiis caret. neq̄ ab affectu nature materia-
lis abscedit. vt a lectiōe libelli huius. eorūq̄ que in eo
dicēt penitus tēpet. hec ille. Quid qd Ouidi. ip̄e ele-
gos submouet et his versibus dissuadet. Eloq̄r iuuitus.
teneros ne tāge poetas. Submoueo dotes impius ip̄e
meas. Calimachū fugito. nō est inimicus amorī. Et cū

Epistola.

Calimacho tu quæ Chœnoces. Me certe Sapho meliorē fecit amicæ: Nec rigidos mores Teiā musa dedit. Carmīa quæ potuit tuto legisse Tibullī. Vel tua cuius opus Cīnthia sola fuit. Quis potuit lecto durus discedere Gallo. Et mea nescio quid carmīa tale sonāt. Sūt item inter recētiōres poetas elegiaci parī a pueris prohibēdi. Antonius Panhormita. Porcelius romanus Hemilianus Cimbrianus. et quidā alij. hodie illustres sunt Carolus Arretinus. Mapheus Vegius. Pontanus et Angelus Sabinus grauiora scribētes et plerique alij. Esopus etiā Phrīgius ille fabulator. phūsq; celeberrimus vti etiā Quītiliāo visum est iucūdu esset pueris. Verū a Romulo quidam vt dicit trāslatus est in carmen. nulla venere et lepore. musis scilicet et gratijs repugnātib; vbi puritas quæ vōre desiderat. vñ cauēdu est et non legēdu. omnesq; sil' vt tandē concludā verificatores minutiq; auctores. oībus eloquētię studiosis et p̄sertim teneriori etati declinādi. nisi forsan essēt tales. qui copiose et floride de re incūda nec nīs turpi scripserūt. Excipio etiā libellū qui Cato inscribit. huius auctore dicit Valla iter minutos auctores latinissimū. et quo mille ānis nemo carmē scripsit elegātius. At vt sentio p̄pter concisas sentētiās. vbi flores orōnis esse nō p̄nt. versuū nō multū confert ad eloquentiā. a tam p̄ moribus instituēdis sine quibus oēs discipliē male discunt non negligēdu. Ceterū absurdū est in primis Catonē Romanū ciuē esse auctore libelli illius. Allegat enī (p̄ter alios Romāos) Ouidiū. qui mortis postremi Catonis tēpe nōdū ī vtero matris cōceptus fuerat. seipso referēte. Editus hīc ego sum. nec non vt temporis Cū cecidit fato consul vterq; parī. fuerūt autem cōsules Hiricius et Pansa. allegat itē Vergiliū Catonibus posteriorē. Lucanū etiā. quē multis etatibus post Catonū mortes natū esse constat. nec quisq; insup ex Catonibus quod scriptorū beneficio mēorię proditū

lit carmē scripsit, nedū versificator fuit, nisi Valerius
Cato poeta qui tempe Syllę claruit, cuius poemata a
Suetonio referunt, in quę nihil tale reperitur, qui item
vt ceteri Catones Vergiliū et posteriores etate longe
antecessit, Attamē ideo forsan Cato appellari potest
iste libellus a grauitate morę viteq; integritate, in quib;
bus summa laude Catones sunt famigerati, Ceteros
aut omnes versificatores, Facetū, Floretū, Antigame-
ratū, Physiologū cuius iūciū est, Tres Leo naturas. Itē
Contēptū m̄di qui sic incipit, Cartula nra tibi pandet
dilecte salutes, Boeciū de disciplina scholarium, quū nō
sit Boeciū vt alibi dixi, libellū qui vita scholastica intis-
tulā, Alanū in puerbijs, et oēs illos demū qui scrip-
serūt carmīa leonina, hoc ē, vt mediū et finis cōsonēt
ī syllabis qlis est iste versus, Vt bene firmares mōtis
bus esse pares, tāq; pestiferos d'clābis, sicut et paupe-
rē Hēricū pp̄ corruptū dicēdi geñs et sordidū, nimīa
q; nouorū vōrū licētiā cū graues alioqn snas habeat, et
poeticū vt videt īgeniū, Petrus q; d' regia cuius liber
aurora iscribit, Itē Prosper Agtanicus, Itē Gāfredus ī
poetica noua, et Gualterus quidā qui vitā Alexandri
magni x̄sibus cōscr psit, Ludolphusq; in sua summa,
p̄rite sunt corrupteq; oīs, nec qui hōi eloq̄ntie, stu-
dioso satifacere possit, ideo p̄tereūdi, sicut et Pāphi-
lus quidā qui licet non inuenuste de amore scripserit
vulgaris tñ et inelegās in suis carminibus, nō secus ac
libelli de vetula, de cuculo, de tribus puellis, de vētre
et ceteris mēbris, et de nūmo qui falso ascribūt Ouidio
(quēadmodū de pulice et Philomena credunt nō
esse Ouidij) obturata aure veluti Syrenei scopuli ab
Vlisse sunt p̄ternauigandi, Hęc sunt quę sup hac re
dicēda putauī, q̄ a me pp̄ere p̄ficulata, et frigidiuscu-
le forsan examiata recognoscas atq; in meliorē lectio-
nē redigas oro atq; obsecro, nllā enī res (vt dicit Apu-
leius) potest esse eadem festinata simul et examinata,
Vale uir orū optime, & me tibi cōmendatū habe.

De optimo studio iuuenū.

Ad Venerandū patrem, virumq; prudentiss. & Iure
cōsultiss. Ludouicum Nauclerum alias Fergenhans,
Stutgardienē ecclīe p̄positū, atq; Cōstañ et Vuorma-
cienē cathedraliū ecclīarū canonicū regiūq; senatorem
digniss. Ep̄la Henrici Bebelij Iustingenē.

Vm ingenij tui acrimoniā, bonitatē, humāita-
c tē & liberalitatē mecū secretius cōsidero Lu-
douice optime atq; prudētissime, videris pro-
fecto mihi p̄ paucorū hoīm vnus, et quos raros nostra
secla p̄spexerūt. Nec me assentari quisq; existimet, vi-
dī egomet ip̄e, secreta p̄spexi, vitę eius int̄fui, cū nup̄
secutus regem in Innspruck ad eū tamq; ad parentem
cōfugerā. Tūc ego Ludouice īgenij tui vigorē p̄spexi
et acrimoniā, quoniā nulla hora vel potius momento
ociū cōcedebat, hīc rex noster Maximiliāus vocabat,
cuius rebus oībus publicis et negocijs īp̄ialibus ade-
ras, nec qcq; arduū sine te tractabat hīc ep̄s Brixinē,
ceteriq; regij senatores administratoresq; comitatus
Tirolis, q̄rū oīm cōsilia et iuste gubernationis mode-
ramina, te cōsultore dirigebant. Ex altera parte Ray-
mūdus Cardinalis nūq; ferriari pmisit, quinimo te pe-
culiari suorū cōsiliorum adiutore, cōuictore et sodali
vsus ē. At nullis fractus es laboribus, nec paulo tristior
ad queq; obeūda, qui nec domi ab oīonibus, lectioni-
qus, ceterisq; regiaꝝ rerū meditationibus cessaueris
vsq; adeo, vt me in admirationē traxeris vnde vni cor-
pusculo tantę vires, vni ingenio tanta acrimonia ex-
uberaret. Sunt hęc quidem amplissima et que paucis
contingunt, multo tamen maiori laude dignandus es
ex insita quadā animi bonitate, liberalitateq;, qua p̄-
seqr̄is oēs paupes et afflictos, Regibus enī et potētī-
bus benefacere spes aliq; remūerationis refulget, sed

paupibus erogare eleemosinā. egētibus sacerdotib.
iisdem tamen pbatis auxilio esse p beneficijs vt dicūt
cōsequēdis. afflictōrꝝ suscipere patrociniū. qualem te
esse citra omnē adulationē p̄dico. hīc tandē vera &
nō fucata m̄di sed celestis gl̄ia haurit vberrie. Quid
itē dicā de liberalitate et hūanitate q̄ consequeris oēs
bonarꝝ artū studiosos. vt alios p̄teream. qua q̄so dili-
gentia. qua hūanitate me ignotū pene. dū apd̄ Regē
Raymūdūqꝝ cardinalē et ap̄licū legatum. quarundam
rerꝝ cōsequendarꝝ puinciā suscepērā adiutasti? quare
si referre gratiā nō possum (q̄niā p̄ter chartaria dona
reliquū nobis est nihil habeo) dū viuā. adeo. vt si quid
scripta n̄ra valebūt. tua in me merita et b̄nficia. numqꝝ
apud me et serā posteritatē intermoritura sunt. nec itē
fratris tui Ioānis naucleri oīm l̄rarꝝ antistitis et patro-
ni. cuius tāta sunt in me b̄nficia. vt illa nūqꝝ nec verbis
nec factis cōpensare posse speraueri. nisi tunc videar
cōpensare. cū nihil quod officij mei esse iudicetur ne-
gligam. de his alias plura. Accipe nūc dialogū de op-
tima adolescentū institutiōe. quē recitauimus in p̄ntia
fratris tui atqꝝ frequēti nostri gymnasij senatu. stipen-
dissimaqꝝ totius ordis scholastici corona. quē cum per-
ocium licuerit. et a maxis laboribus et curis animum
relaxaueris legas & pellegas obsecro. Inuenies enim
quē sibi gratiā cōciliare possunt apd̄ doctos p̄ istitu-
enda adolescētia. nec īmerito. a doctis enī et eruditis
auctōribus hęc mutuanūs et excussimus. eorꝝ verba
sepe itēgra resumētes. vt lectores nō nobis (recētia. n.
sp̄ sordēt et p̄sentes) sed illustribus auctōribus fidem
accomodēt. inueteratos enī errores nostratiū ludima-
gistrorꝝ. sordidāqꝝ et puerfā puerorꝝ institutiōem non
nisi sanis p̄suasiōibus. et optis quibusqꝝ scriptoribus
emendabimus. Vale. et me cōmendatū habe.

Ex Tubinga Idibus Nouēbris M. D. I.

Argumentum Comedie.

Quidam rusticus habet filiū scholasticū, quē missus
rus ad Gymnasium vniuersale, vt dici solet, cōsilio sui
Paręciani optimo cōmittit p̄ceptorī, a quo non solū
sophismata, verū etiam eloquentiam moresq; didicit.
Vnde in clarū euasit virū, & reliquis qui vnū tm̄ ex
hīs cōsecuti sūt lōge excelluit. Insup et laus poetices
decātatur. Postremo temere p̄ diuersis sectis discep-
tantes componunt, fitq; pax & amicitia, quibus nihil
in humanis excogitari melius potest.

Ad Spectatores.

Iam spectatores animis linguisq; fauete
Concio vel pauco tempe tota sile,
Audire vt possis quicquid recitauerit actor
Imprimis tibi qui consuluisse cupit,
Non hic illecebras Veneris; non castra Priapī
Atq; Thiesteos non canit ille toros,
Non hic ingluuiē ventris nec munera Bacchi,
Sit procul omne nefas sit p̄cul omne scelus,
Erudient enim iuuenes: quidiscere curant
Quis modus in studijs optimus esse queat
Qualis p̄ceptor: studium quod debeat esse
Per quod virtutis culmen adire queas,
Sidere fœlicī iam iā procede poeta,
Nam tibi doctorū corda fauere solent.

PRIMVS ACTVS.

Interlocutores Rapardus pater, Vigilantius filius, & philologus Parætianus.

APARDVS. Eamus fili amantissime querere
r dominũ philologum Parætianũ nostrum con-
sulturi, quo pacto tuam conditionẽ ampliorẽ
& nobiliorẽ reddamus, cum tu vnus sis oĩm mortalĩũ
qui senectutis nostrę infirmitatem consolari speraris.
Quare diu noctuq; in id nitar, vt tibi ad studiũ & icre-
mentũ tuũ adiuuẽto esse possim, Sed eccũ Philologũ
sua spõte ad nos properantẽ, ipse est me Hercule, ibo
salutatũ eum, Salue pastor reuerende, PHIL, Et tu
parĩt mi Raparde, qbus de rebus ẽ tibi sermo cũ filio
tã maturus & grauis, RAP, per oportune hic nobis
obuiã te dedisti bone pastor, eram enĩ in itinere te in-
gredibus tuis visere, tuoq; cõsilio q̄ mihi iã maxie opus
est vtĩ, PHILO, Edissere p̄cor quã ob causam, RAP,
Filius est mihi hic vt vides, qui cũ frequẽtauerit oĩes
scholas triuiales, quę vulgo particularia nũcupantur
quęq; celebres habentur per Germaniã Vlmę, Zui-
ckauię, Suollis & Dauentrię cupit, & precibus apud
me instat iam proficisci, ad gymnasium aliquod vni-
uersale, Ego autẽ iustis filij desiderijs non repũgnãs,
vellem apud te experiri, qua via & commoditate id
fieri possit, quem iam diu omniũ doctissimum simul
& harum rerum expertissimum, & predicãt & existi-
mant omnes compagani nostri passim, PHILOLO,
Non sum talis qui forsan predicor ab amicis, tamen si
quid in rem tuam efficere possim, nullum preterfu-
giam laborem, placet autem prius experiri ingeni-
um adolescentis, ex hoc enim sanius consilium, dare

Dialogus.

possum. RAP. optie narraſti fac et citius. PHILO. bone adoleſcēs qđ est tibi nomē? VIGILANTI. Vigilā-
tius. PHILO. bene dixiſti. potuiſti & dicere vigilatio.
ſed dic vnū qđ ſtudio haectenus inuigilaſti? VIGIL. ego
neſcio qđ est dictū. PHILO. Loquar ſignificantius &
vt vulgo querere ſolēt. Quid audis? VIGIL. Ambas
ptes Alexandri vna cū cōmento Remigij & Ioānis de
noua villa. et gloſam Donati. et p̄ latinitate Cornutū
Ioānis de Garlādria qui incipit. Cespitat in phaleris. &
Alanū a phebo phebe eē. PHILO. quot ānis iam ſco-
las frequētaſti? VIGIL. duodeci pene. PHILO. duos
decim? deberes itaq; melius intelligere ſermonē lati-
nū q̄ noſti. VIGIL. Latinū illd̄ ſcolasticū optie teneo.
at ita vt tu loq̄ris nō poſſum. nō enī ibutuſſū. PHILO.
Valeāt p̄ceptores tui & ī malā crucē abeāt. qui te tot
ānis dedocuerūt & neglexerunt. deberes vtiq; iā eſſe
latinus. VIG. Irascor tibi pauliſp̄ paſtor reuerēde. qui
talia meis p̄ceptoribus ip̄caris. ego enī illos ſemp̄ pa-
rentū loco diligēdos exiſtiaui. nō enī me neglexerūt.
ſed p̄ virili ſua portione iſtruxerūt. ſum enī ibutus &
edoctus optie de qnq; figuris Alexādi. Scio qđ vitiū
ſit appoſitiōis. qđ euocatōis. quod itē cōceptionis.
zeugmatis & p̄lepsiſ. Scio etiā quibus ratiōibus ex-
cuſari poſſint. ratiōe ſcilicet qua poteſt fieri et ratione
qua oportet fieri. Scio inſup quibus ex viribus regat̄
genitiuus. regat̄ dtūs. actūs & ablatūs. De ip̄edimētis
o alme deus quale quāq; reſolutū ego habeo cōmen-
tum. cōpoſitū a Iacobutio Smaltzhaff p̄uiſore noſtro
ſupfluū est aut plura dicere de prima pte vbi ego ſum
reſolutiſſimus manuſductiōe eiſdem p̄uiſoris. inſup
modos ſignificādi Ioannis Iuſſe. quid referā gloſam
verſoris ſup Donato. ibi optime poſſum tibi recēſere
ſufficientias octo p̄tiū ōronis. Item diffinitionē nois

Actus.

et oēs limitatiōes. itēq; quę in cōtrariū adduci possunt
argumēta resolvere sum doctissimus. scio. qd genus.
quid decliatiō qd qlitas. quid itē pnomē. quid v̄m. ad
ybiū. p̄positio. cōiūctio & interiectio. eorūq; accidētia
atq; diffinitiones eorundē. argumenta quoq; quę illic
habent calleo. quid autē est aliud qd quisq; scire debet
at; ego enī p̄ceptoribus meis gratias ago. PHIL. Oh
miserā neglectāq; Germaniā. quę Alexandrū Gallū
iuuentutis suę corruptorē. & de se tam male meritum
tantifacit tāq; magno in p̄cio habere solet. plus tamen
irascendū est hijs qui tā grandia cōmentaria in hunc
excudere cōsueuerūt. nihil est enim eque pestiferum
scholasticorū studio et vtilitati quā grandia & supflua
grāmatistarū cōmentaria. fatuēq; et supstitiose quęsti
ones anxieq; argumētatiōnes. quę nō nisi in dialectica
tradi debēt. mlta itaq; nosti in grāmatica vt iā in mediū
adduxisti. attamen adeo ieiunus es in latino sermone.
vt puer triū annorū existimeris. grāmatica enī est quę
latini sermonis curā habet & docet. Tu autē cum tuis
argumētis grāmaticalibus. atq; impedimētis et diffi
nitiōibus iexpugnabilibus elinguis es et mutus. oīno
vnde gręcus nō es. VIGIL. est verę p̄ deum muscarū.
at si me audire velis sum ego inter centū qui VImę iā
sunt scolasticos disertissimus. ex hac potissimū causa.
habemus enī p̄ceptorem qui dissuadet nobis poetas.
ego autē meo pte ingenio semp̄ occulta lectiōe latinū
sermonē. quātū tenuitas industrię meę cōphēdere
potuit. nūq; neglexi. PHIL. O mac̄te puer virtute bo
nus sic poteris euadere in doctū hominē. Tuo autem
p̄ceptorī similis et alij cōdiscipuli tui in eternū male
dicent. qui eos neglexit in rebus inutilibus & nihil
ēdificātib; ad eruditōnem. Quid enī p̄dest scire raz
cionē qua potest fieri & racionē qua oportet fieri. Itē

h

Prmus.

quibus ex viribus regat̄ ḡtūs vel dtūs, atq̄ tot argu-
mētatiōes et diffinitionū limitatiōes in donato. Sunt
hec mera deliramēta et d̄cipulę, ex q̄bus nēo doctior
nemo eloq̄ntior fit, q̄d si sunt necessaria hec ad gram-
maticū, cur nō posuit Dōatus, Seruius, Caper, Dio-
medes et oīm grāmaticorū p̄iceps Priscianus, cur nō
recētiores Nicolaus Perottus, Sulpicius Verulanus,
Pōponius Letus, Antonius Mācinellus, qui oēs optie
īstituūt grāmaticū, et tñ nullā de hīs fabulamētis atq̄
ineptis figmētis mentionē faciūt. Nō probo itē quod
discipulis apud nos tradūt̄ minutōres auctores, Face-
tus, Floretus, Alanus, Cornutus eē, VIG, iuuenibus
hi tradunt̄ et hīs qui paulū ultra primas l̄ras p̄gressi
sunt, PHL, Romani et gręci nō solū bonos p̄ceptores,
verū etiam doctas nutrices pueris adhibere solebāt.
Sed sicut habemus doctores ita discimus, ita sumus
docti et eloquētes in Germāia, vix tria verba latie cū
dignitate et elegantia effari possumus, Antiqui (teste
Augustio n̄ro et Quītiliano) pueris primū Vergiliū
p̄ponebāt, nostri in p̄uēctiori etate abhorret̄ dicētes,
poeticū esse quicq̄d latine et elegant̄ dicūt, Modi autē
significādi penitus nihil valēt, Sed potius sūt corrup-
tores optimorū ingeniorū, VIG, hec oīa verissima esse
optie p̄spicio pastor reuerēde, quare nihil antiquius
duco quā tuis morē gerere cōsilijs, et presto esse que
mihi faciēda p̄suaseris, PHL, patri tuo prius loq̄r, Au-
di Raparde, RAP, quid vis? exptus ne es filij̄ ingeniū
PHL, credito, RA, utinā bona nūciāres, PHL, nō mala,
pl̄rimi enī facio, et pl̄imā eruditōis ptē animū discēdi
cupidū, q̄lem ī tuo filio, repio, RAP, gaudeo pl̄imum
et tibi gratias habeo īmortales, qui te admodū bene-
uolū rebus in meis declaras, Sed dic p̄cor iam tādē
cui cōmittēdus m̄grō, et q̄bus potissimū r̄bus debeat

Actus.

insudare. PHIL. dicā equidē id quod mihi visum fuerit
factu dignissimū, et qđ longa expientia doctus maxie
ap. pho. RAP. dic itaq. nihil enim est qđ de tua erudi-
tione et expientia dubitēs. PHIL. huic cū primū trade
p̄ceptor a quo mores primū, mox eloq̄ntiā ceterasq̄
artes liberales, discat, quę male sine moribus discun-
tur, male item artes sine eloquentia, quid enim pro-
dest plura et pulchra scire & de his ridicule & inepte
loqui, quare nisi quis eloquentiam et elegantiores
lras artibus & philosophię coniūxerit hunc fuge, nā
idoneus iuuentutis p̄ceptor esse nō potest, quod si
hūc cōsecutus es, solertissime, puīdēdum est posthac,
ne prauis eum & disculis contubernalibus (quos ipsi
cōstantes appellitāt) et cōuictoribus adiūgas, Sed bo-
nis & studiosis, malignus enim comes (teste Seneca)
quāuis candido & simplici rubiginē suam affricuit, &
vt idē dicit, Nēo nō aliquod nobis vitū aut cōmodat
aut imprimit, aut nesciētibus allinit adeo nemo nīm
est qui maxie cōcinnamus ingeniū, ferre impetū vicis-
orum tam magnō comitatu veniētū potest, Cōuictor
itaq. delicatus paulatim eneruat ac mollit frugi ac tē-
perantes homines, Quare si fieri posset maxie p̄barē,
si in eodem contubernio esset cū suo magistro, quod
et idē Seneca verissime simul & elegantissime exp̄sūt
inquiens, Zenonem Cleantes nō expressisset, si eum
tantūmō audīssset vitę eius interfuit, secreta p̄spexit,
obseruauit illum, an ex formula sua viueret Plato &
Aris, & omnis in diuersum itura sapientū turba, plus
ex moribus quā ex verbis Socratis traxit, Methrodo-
rum & Hermacū & Polienū magnos viros nō schola
Epicuri, Sed contuberniū fecit, Reliqua quę ad eius
profectū & vtilitatē dici possunt, indies a p̄ceptore
ediscet si saltem eum quem dixi elegerit, RAP. factū
credito, Bene vale, PHIL. et vos pariter, hij

Secundus

Rapardus. Vigilātius. Cacobius. Hipponōus et mgr̄.
 APAR. optimum factu existimo mi fili si q̄sdā
 r nobis adiūgamus, qui nobiscū eant ad mgr̄m
 eligendum teq̄ illi cōmēdandū, & eos potissimū
 mū qui gracia & auctoritate apud homīes valeant, cū
 ego isto in gymnasio sim parū notus. VIG. est p̄fecto
 opus sed eccū Cacobiū auūculū meū, in vmbra Tilię
 recūbantē. I fac illi verbū vt etiā nobis adiuuēto fiet.
 RAP. expecto donec euigilet. VIG. fac citius nā vbi
 me adesse senserit non egre feret, cui sum ab infantia
 singularit̄ dilectus. RAP. Cacobi Cacobi. CAC. hui
 quid ē? RAP. Surge surge, Ca. quis vocat? RAP. bo-
 nus amicus Vigilātius tibi ex sorore nepos. CA. hoh
 saluus sis fili charissime. VIG. saluus sis & tu amicorū
 amatissime. CA. quid vis vt faciā? VIG. expone pater
 breuibus. RA. Nosti forsan Cacobi quāta sit idustria
 filius meus, quātaq̄ eruditioe p̄dicet ab oībus, quare
 p̄ suo et nr̄orū oīm honore et cōmodo dignū duxi, vel
 cū graui dispēdio ad altiora āhelantē adiuuare, si mō
 amicorū cōsilio nō destituar. CACO. bellū me Herde
 factum, et quod ego manibus pedibusq̄ (vt dici solet)
 obuīs accipio, neq̄ mea vnq̄ oīa deerit ad id cōfite-
 endū, sed dic quid est quod me facere velis? RAP. ex
 cōsilio nr̄i ecclesiastici pastoris eundū est mihi, ad ali-
 quē mgr̄m moribus et sciētia p̄batū, cui filiū cōmittā.
 Ego aut̄ parū idoneus loqui cū tantis viris, delegi te
 potissimū ex oībus amicis, qui loqr̄is & conuenias cū
 mgr̄o aliquo p̄bato, vnde filius noster bene p̄ficiat in
 suo studio. CA. faci ā p̄fecto & quidē libentissime.
 Sed tñ et ego parum notus sum apud illos hoīes. Sed
 habeo vicinū amicū mihi singularē Hipponomū noīe
 qui cū aliqt̄ ānis p̄fectus fuerit rusticanis in Ingstetē,
 multū valet apud gymnasiarchas & se facilem p̄bebit

nobilis
 RAP. b
 audis
 HIPPO
 HIPPO
 dere v
 tionē
 CA. ij
 te vid
 me m
 nuere
 studi
 tuism
 tuisco
 ponu
 vide
 in do
 cuus
 gym
 est en
 vrz
 hie
 que
 HPS
 Cred
 dne
 quit
 MA
 sis in
 Hippi
 p̄fec
 habe
 inter

Secundus.

nobiscū eundi cui & ego officiū meū nūq̄ denegauī.
 RAP. bene placet voca eū. CAC. hoho. Hipponome
 audis? HIPPO. audio mi amice. CAC. accede p̄pius.
 HIPPO. quid est? CA. I precor nobiscū in gymnasiū.
 HIPPO. Quid ni? habes iūbere nō rogare. At vt vi-
 dere videor hic est Vigilantius nepos. ad cuius men-
 tionē cū veneras. Sepe me ad multā noctē detinuisti.
 CA. ip̄sus est. HIP. p̄gredere igiŕ Vigilanti. gaudeo
 te videre. mihiq̄ datā esse occasionē te demerēdi. sūz
 me mihi voluptati est. Sed o fœlices qui te talem ge-
 nuere parētes. quod si tecū esse volueris et institutum
 studiū p̄sequi. euasurus es in eū hoīnem. qui omibus
 tuis amicis adiuuēto et honorī. vniuersisq̄ cōpaganis
 tuis decus esse possis. Sed ecce Raparde vides alibi in
 porticu sedere quendā. phico habitu indutum. RAP.
 video. HIP. hic vnus est ex mgr̄is qui ceteris p̄sunt
 in doctrina. et tāta eruditōe morūq̄ sanctitate cōspi-
 cius (sicut audiui a multis) vt nemi oīm cedat in toto
 gymnasio. q̄d si in hūc aīm adieceris faciā ipsi verbū.
 est enī mihi notus et familiaris in primis RAP. reuera
 vt ex habitu eius cōiŕcere possum gestusq̄ grauitate.
 hic est qui desiderio n̄ro forsan fatiŕfaceret. HIP. allo-
 quar eū hūanus est et adeūtibus facillimus. RAP. fiat
 HIP. Salus tibi dñe mgr̄. MAGI. & tibi aduena. HIP.
 Credo q̄d p̄ longā absentīā deueneri in obliuionē suā.
 dñe mgr̄ et si me nō noscas recordor tñ dierū eorum.
 quibus arctior erat familiaritas nostra quā sit hodie.
 MA. potest esse. at excidit e mēoria vtpote hōi diuer-
 sis in rebus occupato. quis et vnde sies. HIPPO. Sum
 Hipponomus quondā a principe n̄ro rusticanę plebi
 p̄fectus in Ingstetten. MAG. Belle & optime iam sat
 habeo. at p̄cor non egreferas. aut in arrogantīā mihi
 interpreteris quod prius te nō aguouerim. HIP. nihil

h iij

Actus.

omnino. nã et mihi sepe euenit. vt eos quibus p̄fui oñi
ad longũ tempus (vt nosti) nō agnosca. vt nuper dum
cũcti mihi assurgerẽt meq; reuerenter tractarent. vix
vnũ aut aliũ nouerã. plus ciuilibus causis & negotijs
quã laboribus rusticanis occupatus. RAP. quam hic
fabulã cōnectis. nescis ne ad qd venerius hipponõẽ.
HIPPO. faciã. mg̃ reuerẽde hic adolescẽs quẽ vides.
in gymnasio v̄ro cupit erudiri & habere magistrũ ali
quẽ. a quo priuatim p̄ficeret. ego aut ad patrociniũ
& iuuamẽ parentis eius vocatus. tibi in primis cupio
gratificari et cōmẽdare. de cuius eloquẽtia et singula
ri eruditione superfluum est plura dicere. nisi cōmunis
oim consensus me decepit. quare intuitu mei hunc in
disciplinã tuam recipias & optime istituas. in quo sin
gulare mhi obsequiũ p̄stabis. quod si nullã aliam re
munerationẽ obtinueris a me. p̄uidebo tamẽ vt nũq;
casulam nr̄am intres. quin pira & poma si non habeo
altera dona. Itẽ lac frigidũ. interdũ etiã mel. nũq; tibi
desit. MA. est ne p̄bus & studiosus. HIP. vt nihil sup̄
& tãtẽ indolis. vt suos equales omnes p̄gressus sit in
studijs. a tergoq; reliq̄rit longissime. MA. recipio eũ.
et ita institutã vt doctior in patriam reuertat si saltem
suo ipse studio non deerit. HIP. ecce Rapar de placent
tibi conuẽta. RAP. aureus es. HIP. tace donec a mg̃ro
abscedamus. RAP. tu aut nostro oim nomie magistrũ
(nã hĩsce cum hõinibus loqui nouisti) valedices. HIP.
Habeo. Dñe magister cōmendãus igĩt tibi filiũ nr̄m.
offerẽtes nos ad tua seruicia paratissimos vale. MA.
Valete et vos. RAP. o lepidissimũ capitulũ o aureũ
Hipponomũ. quo nisu. quãta võrẽ elegãtia atq; sentẽ
ciarũ grauitate rebus in nostris. hodierno die vsus es.
quibus omnem referendarũ gratiarũ materiam mihi
prẽripuisti. HIP. feci libẽtissime. gaudeoq; quod quã

Tercius.

tum valeam apud homines auctoritate & eloquentia
comptum habeas. RAP. quid plura totus aureus es.
HIPPO. valedic filium & remitte ad preceptorē. RA.
Postremo fili charissime persequere studiū tuū cum di-
ligentia & fac vt tibi confidimus. nam tu solus es in
quē reposuimus omnes amici tui spem nostrā. & ego
quicquid apud me est fortunę totū in te conferam. vt
studio tuo cōsultum sit quā optime. HIP. ita fac Vigi-
lanti & omnes tibi adiuuēto erimus. CACO. ho itidē
de me tibi firmiter polliceri potes & si annuatim mihi
constiterit oue caseo & centum ouis non deseram te
in eternum Vale. VIGIL. et vos pariter.

TERTIVS ACTVS

Magister & discipulus Vigilantius.

AAGL. quod est tuū nomē o bone adolescēs.
m VIG. Vigilantius. MA. quare huc aduenisti
& quā obcausam? VIG. vt bonis artibus opā
dans. ad parētes redeā clarior & doctior. MA. bonū
ppositum ad quod aut studiū plus inclinaris. VIG.
Tuū fuerit bone preceptor me istituere in hīs rebus
quę mihi cōducere sperabis. ego enī mihi metipī satis
idoneus consultor non sum. quicquid autem id sit fac
tradas iter cetera etiam latinitatē. nam nisi quis effari
possit sensa sua cū dignitate. video eum cotēptui esse
apud exteros. MA. optime narras & ita fiet. dū modo
non neglexeris artes ceteras quas liberales vocant.
VIG. Nequaquē nam & grāmaticam rhetoricamq;. ex
quibus tamq; ex vberimis fontibus omnis emanat
latinitas. harum in numero esse semper existimaui.
MAGL. Nemo inficias ire potest. neq; sine hīs artes
cōsistere possunt. VIGIL. ita existimaui. MAG. lecti-
ones igitur artium frequēter accedas. & summa cum

h iij

Actus.

diligētia audias. Tercia autē hora post prandiū poeticā
lectionē adeas. **VIG.** Factū credito, sed aliud ne est quod
faciā. **MA.** Cōmuniter hęc precepta tenere debebis, si
saltē in clarū euadere vis virū. Primū atq; ante omnia
venerare deos, nihil enim (vt quidā ex ethnicis dixit)
rite, nihilq; puidēter hoies sine deorū immortalū ope,
cōsilio, honore auspicari possunt. Insuper maioribus
natu et p̄ceptoribus tuis assurgere, et debitā reueren-
tiā exhibere nūq; negligas, minoribus facilē et hylarē
prebere debebis, ēq̄libus vero nō iuidere, sed emulis
de virtute disputatiōibus ad gloriā puocare, bene autē
velle om̄ibus, neq; ex humillimis quēq; fastidire, ama
virtutes, rationē sequere, iactantiāq; maxie fugias, in
cōmessatiōibus rarus, in esu et potu tēpatus ac frugi,
loquēdi partior, legendi studiosior, nihil sit toruum in
oculis, nihil in verbis p̄cax, sed verecūdus sit semper
sermo tuus, Speculū enī mētis (vt dicit Ambro.) plerū
q; in verbis refulget, Imō & nihil in actū iuerēcundū,
crines pexi & ornati, habitus simplex et nō sordidus
sed mundus, nō gestus fractior, non incessus solutior,
nō vox petulantior, vt ipsa corpis spēs simulacrū fue-
rit mētis & figura p̄bitatis, Bona quippe domus in
ip̄o vestibulo debet agnosci, ac primo p̄tēdat ingre-
ssu nihil itus tenebrae latere tamq; lucernę lux intus
positę foris luceat. **VIG.** hęc omnia facio & faciam in
posterum, Sed precor optime mgister des mihi semel
fauorē ad patriā puisendis amicis, nā & ego, vt mihi
videor iam p̄fecisse in studio mihi psuasi oīno, quare
vt parētes mei eo p̄pensiores sint mihi opitulari, non
inutile existimo, apud cōpaganos sacerdotes nostros
vt me exhibeam, cumq; hijs varijs de rebus differam,
vnde laudem venari studebo, **MAGIST.** placet vade
VIG. Vale interim.

Quartus Actus.

Lentulus sophista. Vigilantius. Aulicus regis et poeta
ENT. Beneueneritis Vigilanti. VIG. Salus tibi.

1 LEN. unde venis? VIG. ex Tubingen. LEN.

Stetisti ibidem in vniuersitate. VIG. In terdū
steti. interdū sedi. LEN. Es autē membrū vniuersitatis?
VI. Etia sum. LEN. Deo gracias. ego libēter audio qñ
tibi bene vadit. VIG. Et ego reuera si res tuas tibi ex
sententia euenire intelligā. summope gaudebo ex ve
teri nra amicitia. LEN. ego laudo deū et bñ cōtentor.
mitto etiā te scire q ego sum optimus artista. VIG. L.
Audio summa cū voluptate. sed pace tua dixer i. vellē
etiam esses paulo latinior in verbis tuis. LEN. Paulo
latinior? tace poeta. VIG. O tardū ingeniū. poeta non
sum. nec idoneus ad tātam poetices maiestatē. Sed p
virili pte in id nitor vt possim esse latinus. & cū digni
tate eloqui que mente conceperī. LEN. Ego nō curo
sufficit mētis cōceptū exprimere. VIG. hoc & extre
mus idiota et rusticus facere potest. LEN. latine dico.
VI. Apud pueros intelligeris nō apud eruditos. quis
bus ridiculo es barbaro ore tuo. LEN. abi in malam
cruce si nihil scis nisi latinizare. VIG. quin tu abeas
qui nisi delirare. scis nihil. Sū et ego in ceteris artibus
liberalibus eruditus. q si placet dissertare nō detra
ctabo certamē. LEN. ego volo tecū disputare pro sex
denarijs. in suppositionibus & fallacijs. VIG. paratus
sum. incipe. LEN. Arguo tibi sic. quod ego sum tu nō
es. VI. Assentior. LEN. Ego autē homo sum. VI. Itidē
admitto. LEN. Tu igit non es homo. VI. omnia vera
essent si maiorē a me icepisses. O delyrū caput. putas
me istud nō posse soluere. Sed vt cum Seneca loquar
pudet me q in re tā seria senes ludimus. o pueril es ins
eptias. in hoc supcilia subduxius. in hoc barbā dimi
simus. hoc est quod tristes docemus & pallidi. hoc qd

Quartus.

nec ignorantī nocet nec scientē iuuat, tamē cū eodem Seneca nō nego sophismata p̄spiciēda, sed p̄spicienda tm̄ et a limie salutanda, LEN. ego prius bene dixi tu vitupas artes, VIG. falso mea accusas, qn̄ imo tu facis LEN. edoce p̄cor, VIG. Rep̄hendendo castā et erudi tā latitatē, reprehēdis grāmaticā et rethoricā artes liberales ex quibus deriuat latinitas, LEN. Ego non sic putauī, Sed tamē pro pte verū est, VIG. Non etiā vitupero sophismata sicut estimas, Sed nimiam in eis morā damno et hoc in primis, quod nihil nisi sophismata noris & tantū scis simulare cupressum, vt est in gr̄corū puerbio, Ceterū hospitē aut pegrinū litteris imbutū poteris vix latine salutare, multomius pluribus verbis alloqui nisi rustice & inconcinne, quod si Senecę credere volueris tam diu immorandum est in studijs liberalibus, quamdiu nihil aius agere maius potest rudimenta sunt nostra nō opera, LENT. Quid dicis tu? ego nup̄ habuī disputationē cum vno quem ad metā redargutionis deduxi, Et idē tāq̄ Aristoteles ab oibus laudatus sum, credis tu hoc nihil esse? VIG. Indoctos & rudes facile est vincere dum mō maxime vt soles clamaueris, LEN. Nullū est studiū p̄ter dialecticū, VIG. Falleris profecto, LEN. Ego video alibi stare aulicū vnū regis & scribā, qui bene scit quod sit optimū studiū, Nam ipse q̄ttidie videt & audit doctos viros & hincinde in diuersis partibus et cum diuersis hominibus plurima discit, illum ego volo interrogare, vt dicat mihi veritatem de bono studio, VIGIL. Alloquere eum, LENTVL. Beneueneat dominus, AVLICVS. Habeo tibi gratias, LENT. Si tu non velles irasci aulice, ego libenter vellē te aliquid querere, AVL. Dicas audenter, Sūma enim cum animi tranquillitate andiam, LEN. Ego habeo hic lites cum vno qui vult me vitupare, qd̄ ego non scio latinisare.

Actus.

AVL. Si cum venia vis audire veritatē. maximo tibi vitio dandū est. si sine latinitatis & sermōis itegritate in numero cupis haberi eruditorū. LEN. Quis omnia potest scire nōne sufficit quod ego sum bonus artista. verissimūq; est illud. pluribus itētus minor est ad singula sensus. AVL. Sermo latinus castus & purus nō est cēsendū studiū singulare a quibus ex artibus. Imo quo omnes tāq; pprio instrumento et necessario vtuntur. Eloquētia enī vlt sola ē. quę cūctas artes vel obscuras et icognitas vlt clarissimas et notissimas reddit. Sine enī eloquentia quę per studia ista politiora atq; poetica acquiritur. omnes alię artes. ieiune. aride & non satis ornate haberi possunt. Nam si eloquētiā tollas. nihil est tam excellens quod non aliquando deficiat. tam magnificum. quod non funditus pereat. tam spectandum. quod non sordescat. tā egregiū quod nō sensim intereat. tam preclarum. quod nō cōtinuo abolescat. Quid aut tam incultū tam horridū. tam obscurū. qd nō elaborata oratiōe. splendescat & tamq; excolatur. quid tam incredibile tam difficile quod non dicendo probabile & facile fiat. quid eloquentia laudabilius. prestabilius. amabiliusue vel admiratione audientium vel spe indigentium vel eorum qui defensi sunt gratia. quę postremo primum efficit. vt ea quę ignorāus discere. & ea quę scimus alios docere possimus. LEN. Si tu stares in vniuersitate. & audires argumēta pulcherrima quę adducunt. tu diceres nullū esse studiū preter dialecticū. AVLL. O bone Lētule. si quis gymnasium exiuerit. vix in decem ānis occasionem habiturus ē de hīs rebus disputare. q; si tibi sit accedendus episcopus pro hñficio. amici excipiēdi. vel inuitādi ad prādiū. vel si sūt tibi negocia apd regē aliosq; principes vt dicit seculares. crede mihi nō est opus captiosis

Quartus.

argumētatiōibus. sed latino sermone casto et elegāti
quo si carueris. indoctus haberis ab oībus etiā si oēs
syllogismos tecū in sacco portaueris. Referā tibi verā
hīstoriā. Cum nup̄ essem in Inspruck. audiui & vidi
quendā sibi multum arrogantē et alioquī nō indoctū.
adeo corrupte & barbare loqui cū cardinali Raymūdo.
pro bñficio ecclesiastico. vt. eū tamq̄ indignū a se
summouere iusserit cardinalis. cū tantū exorsus esset
sic. Illustriss. ac bt̄iss. legate ego ego (bis enī vel ter re-
petebat) ego sum vēturus hic ap̄d vos. quē iterpellās
cardinalis. abi iam dixit. Ille rubore plenus abiit nūq̄
post hac reuisus a quoq̄. Caue itaq̄. ne hoc olim tibi
cōtingat. LEN. potest verū esse. Sed ego odio poetas
p̄pter hoc quia lasciuī sunt & turpia narrant. AVL.
Si poetę nō essent legendi. nūq̄ Augustinus. nūq̄
Hieronymus. nūq̄ Basilius. nūq̄ totius antiquitatis
institutū simul in hoc cōsensisset. vt hoc esset primum
et necessariū puerorū studiū. q̄s castiores & meliores
fuisse constat quā hodie viuāt. et vtinā pueri et disci-
puli sacerdotibus et mgr̄is immo rusticis & bubulcis
cohabitantes. qui nullū vnq̄ poetam aut viderūt aut
legerūt nihil lasciuū. nihil impudicū. nihil flagitiosum
viderent. audirent aut discerent. quod si omīa scripta
quibus amores. resq̄ leuiusculę cōtinent sunt cū suis
scriptoribus repudiāda. repudiemus libros bibliorū.
quibus nihil sacratius. nihil religiosius. nihil mysticū
magis existimāt. liber Geneseos abiciāt. quoniam in eo
amores Iacob et Rachaelis. cōcubitus Sichē cū Dina
violentus. stuprū Iudę cū nuru Tamar referunt. Nō
librum numerorū sumat in maibus. quoniam Israelitici
populi fornicatiōes cū filiabus Moabitārū in eo p̄scri-
būt. Caue legas Iudicū volumē. cōtinet enī Sansonis
robustissimi mollissimos cū puella Dalila complexus.

Quartus.

librū Hester ne tangito, docebit enim te quēadmodū
Assuerus rex amorē amore, sicuti clauum clauo truz
dere conat̄, et ad ipaciētīā amoris leniendā p̄ singulas
pene noctes nouas puellas deuirginat, libros regum
nephādos explodito, quibus Dauidis et Bersabes ad
ulteria, eiusdē senescētis cum adolefcētula Sunamite
cōplexus, Ammonis cū sorore Thamar incēstus, In
fandus Salomonis cū reginis cōcubinifq; innumerabilis
libus, fatuē amatōnes cōmemorāt, Et vt semel finiam
ip̄m Canticū canticorū tāq; Syreneos cantus obturata
aure transito, cū meros amores merāq; ipudicitīā, nisi
mystice intelligāus resonare videat̄, quare bene dixit
poeta noster laureatus, Virgo rosas lectat, rigidis de
sentibus et nos, Optima carpemus dulcīa et istar apis,
Et vt in sūma dicā, sic eloquētīā discas vt ceteras artes
nō posthabeas, Nec itē solū cetera artes valent sine
eloquētīa, Nam vt Strabo dicit, Antiqui poeticā pri
mam philosophiā quandā esse phibent, quē ab ieuente
nos etate ad viuē dī rationes adducit, quē mores, quē
affectiōes edoceat, quē res gerēdas cū iucūditate pre
cipiat, LEN, Oh me miserū vix intelligo quē loqr̄is,
dabo tamē opam vt vel sero adhibeā preceptores ad
cultū sermonē pdiscendum, AVL, Nulla etas fera ad
discendū videri debet, LEN, faciā p̄fecto, Sed oportet
me etiā disputare cū poeta vt eū faciā iratū, AVL,
facias libere, LEN, Domine poeta, qd facis cū studio
tuo, Sūt enī om̄es poete lasciuī et tractāt de amoribus
turpibus, qd nō est bonū, POE, Loquere paulo hone
stius o Lentule de poetis, LEN, Sciebā quod irasce
ret̄ mihi o Aulice, sed tamē non desistam, non igitur
benedixi dñe poeta, POE, Serio tibi dico poetas esse
vel p̄cipuos virtutū precones, totāq; Homeri poesim
laudem esse virtutis, vt vnus ex sanctissimis doctoris

Actus.

bus nobis scriptum reliquit. nec imerito. quis enī nō videat omnia qbus humana vita recte instituat. precepta ab horū libris veluti ex adorandis philosophiæ penitralibus promi facile ac p̄cipi posse. qua obsecro acrimonia. quo verborū fulmine. poetę omnes preter solos elegiographos. metū. ignauiam. luxuriā. incontinentiā. impietatē. perfidiā ac omnia iniusticię genera. reliquaq; vitia insectant. vexantq;. quibus contra laudibus. qbus premijs. inuictam animi magnitudinem. & pro patria amicisq; cōsideratam piculorum susceptionē. religionē in deū. pietatem in maiores. charitatē in omnes psequant. quod si duo aut ad summū quatuor inuenti sunt qui lubricos descripserunt amores. libidinosāq; venerē suis carmibus ornare studuerūt. non ppter hoc poesis vituperāda est. nihil enī tā bonū est qui ad p̄niciē trahi possit per eos. qui vicijs et turpitudini studēt iuxta poetā. Igne qd vtilius. si quis tñ vrere tecta Cōpat. audaces instruit igne manus. Eripit interdū. mō dat medicina salutē. Queq; iuuat mōstrat queq; sit herba nocēs. Et latro. & cautus p̄cingit ense viator. Ille sed insidias. hic sibi portat opem. Immo. Et ipsa sanctissima theologia vel potius nimia philosophia. nonne innumeros hereticos educauit. qui non ludicra vel lasciuia scripserunt. sed que in perniciem et damnationē hūani generis excogitata sunt. Sed nōne irascemur theologie. minie hercle. Et sicut theologia irreprehensibilis est. sic incorrupta est poesis. licet ea plurimi abutant. sicut & alijs rebus. LEN. Belle narrasti vt decet bonū & honestū virum. Sed audi adhuc vnū. ego audiui a pueritia qd poetę libentē mentirent. POE. Est p̄fecto vt dicis vulgatū apud indoctos pro uerbiū. sed hī nesciunt (teste Lactantio nostro) qui sit poetice licētię modus. quousq; fingēdo p̄gredi liceat.

Quartus.

cū officiū poetę sit in eo. vt ea quę gesta sunt vere. in aliq̄s species obliquis figuratiōibus cū decore aliquo cōuersa traducāt. nō ergo res ipsas gestas finxerunt poetę. qđ si facerent. essent vanissimi. sed rebus gestis addiderūt quendā colorem. Et iuxta Strabonē. Sicuti q̄spiā argento circūfundit aurū. sic & poeta veris cōtemp̄latiōibus fabellas apponit. quibus elocutionem & dulcedie conciliat & ornatu. Et vt summatim dicam. Ceterę res neq̄ tēporū sunt neq̄ etatū omniū. neq̄ locor. nostra aut̄ studia poetica. adolescētia agūt. senectutē oblectāt. secundas res ornāt. aduersis pfugium ac solatiū p̄bent. delectāt domi. nō ipediūt foris. pernoctant nobiscū. pegrinant. rusticant. quod si ipsi hęc neq̄ attigere. neq̄ sensu nostro gustare possemus. tū ea mirari deberemus etiā cū in alijs videremus. vnde a Platone & Ennio diuini sunt poetę vocati. q̄r nomē nulla vnq̄ barbares violauit. LEN. Vera omnia esse intelligo. sed p̄cor ne mea verba in partē sinistrā accipias. nam ex tota amicitia & q̄dam iucūda verborum libertate dixi. nō ad detractiōnē. Sū enī ex sophistar numero q̄r mos est. in om̄ibus rebus cōtrariā fouere partem igenij acuti gratia. POE. Ex mera amicitia prouocatū me esse bene p̄spectū habeo. neq̄ ego honestā litterarū disceptationē detracto. Sed audi quis est hic disputantium clamor. LEN. Accede p̄pius & audies. POE. Audiemus ergo.

QVINTVS ACTVS.

Cryppus. Leucippus. Poeta.

HRV. Cui rei studes o Leucippe. LEV. sub-

tilitatibus Scoti. CHRY. Quid tibi videris

de Scoto. LEVCIPP. Talis debet existima-

ri ab omnibus. qui eruditione & ingenij subtilitate

i ij

Actus.

omnes doctores Christianos excellat. CHRY. omnes
meritis ad collum tuum. LEV. verum dico. imo et tu parces
veritati quem enim illi proferre quisquam posset. CHRY. O
longe excellit eum omnium doctorum princeps Guilielmus
Ockam. LEV. Si credidero tunc deum perdant me. nihil
enim teneo de secta vestra imo omnes qui hanc fouent tamquam
capitales inimicos habeo. CHRY. et ego eos qui vestram
sectam probant. LEV. Tace rana. CHRY. tace tu cicada.
LEV. nisi me ratio tantorum virorum detineret non
temparem mihi. quin te crinibus sursum deorsumque
tractarem. CHRY. utinam attentares. minis nemo unquam
mortuus est. tamen hoc unum denuncio & repetens iterum
iterumque moneo. cornutam bestiam petis. & de me dici
potest ut est in proverbio. foenum habet in cornu. LEV.
Expectabo ad suum tempus. tamen hoc non pigebit me
dicere tuam sectam esse vanam penitus. et erroneam.
CHRY. ego tuam falsam omnino esse semper predicabo
LEV. dic tu domine poeta precor (quonia nulli secte
addictus es) que tibi verior probabiliorque videatur. POE.
Vtra eorum verior sit & probabilior certant dialectici.
& adhuc sub iudice lis est. Nec meum est imo multum
supra vires meas iudicium ferre de harum sectarum docto-
ribus. Existimo tamen ambos doctissimos fuisse. Neutrum
tamen eorum omnia nouisse. Nemo enim vnus. ut
dicit Varro. omnia scire potest. Nemo item est qui sibi
non in aliquo errore indulgeat. Sed incredibilis est error
ut Lactantius noster Christianus Cicero testatur illorum.
qui cum aliquam sectam probauerint eique se addixerint.
ceteras damnant tamquam falsas & inanes. armantque se ad
preliandum. nec quid defendere debeant scientes. nec
quid refutare. incurstantque passim sine delectu omnia
que asserunt. quicumque dissentiunt. Neque teste Quintiliano
id statim legenti persuasum sit. omnia que omnes aucto-

Actus.

res dixerunt utique esse perfecta. Nam & labant aliquando & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum suorum voluptati nec sine intendunt animi, non ut fatigantur, quare Seneca bene dixit, non enim me cuiquam emancipavi, nullius nomen fero, multum magnorum virorum iudicio credo aliquid, & meo vendico. Et si me volueritis audire, omnino non est immorandum in his opinionum subtilitatibus. Pessimum enim hoc habent in se, dulcedinem quandam sui faciunt, & animi egregium ad maiora natum specie subtilitatis inductum detinent & morantur, ut in his tam apud Syreneos scopulos consenescat, quare rogo atque obtestor vos ambos, desistite ab hac contentione atque mutuis ab incitijs, diversitas enim opinionum non introducta est ad odium atque invidiam, sed ad nudam exercitacionem, ut in scholis contrarij, in foro amici et fratres quemadmodum illi qui certant pila, lucta, ceterisque gymnasijs id est exercitacionibus, & ut finem faciam audite cuiusdam germani non inelegantis sincerique eruditionis viri verba, qui cum oraret de concordia illarum sectarum tandem ita concludit, Maneat obsecro vera fraternitas que nullo certamine scholastico, nulla privata affectione possit violari. Audiui ex fidedignissimis viris apud Parhyssios in eodem collegio in eodem cubiculo simul fuisse, qui diversas diversarum opinionum doctrinas tradidissent, postea in eadem mensa veluti fratres simul esse refectos. Ne dubitate quod die eiusdem principis consiliarios super eodem negotio proposito, diversas & contrarias afferre sententias, nihilominus non altercantur mutuo, non invident, cum senatum exeunt salutem sibi incipiunt, brachijs coheret, simul pransitant & inter se gratificant. Sic & vos facere decet qui estis homines, & hi qui ceteris modestia prestare debetis, quia estis philosophi estis unius lingue, unius nationis, unius patrie, unius

vnīuersitatis membra, vnīus facultatis artīsticę filij,
vnīuscīuitatis īcole, sub vna fide Christiana, sub vna
peripateticorū secta, habetis easdē leges, idem caput,
eundem decanū, eadem statuta, eadē priuilegia, ean-
dem viam ad fœlicitatem, quam non nisi per pacem,
per concordiam, per fraternū amorē consequi possu-
mus. Valete & plaudite, Bebelius recensui.

Ad Spectatores Epigramma.

Lusimus in paucis quę sit sententia nostra
De pueri studijs, doctūficisq; scholis
Iudiciūq; meum tetro sine felle relatum
Iuro per eternū sceptrigerūq; deum

Audistis, si non rugata fronte poetam
Nobiliora dein vel recitare studet
Imberbes tandem iuuenes defendite vatem
Vestra pcurantem cōmoda; ab inuidia.

AD LECTORES:

Argumētum H. Bebelij Poetę Laureati insequentem
Elegiam

Sí nouisse iuuat, quantū flagrantis amoris
Impetus attemptet; quā vehementer agat
Concitet et quantū calor ad virtutis amorem
Quāq; agiles reddat, morigerosq; viros
Hūc lege Cymonem; quē bella puella disertū
Et fortem ex fatuo reddidit, atq; catū
Aedidit has nugas Thuscis, Boccatius auctor
In prosa; latijs mox Beroalde dabas
Bebelius tandem captus dulcedine rerum
Astrinxit numeris; imparibusq; modis

Elegia.

Amor Cymonis fatui; qui ex amore vir p̄stantissimus
euasit. ex prosa oratione in numeros conuersus. per
Henricum Bebelium Iustingensem.

Cyprus erat quondam regnis decorata nouenis
Vrbibus illustris. diuitijsq; potēs
Insula diues agris & fecūdiſſima tellus
Vt referūt Veteres historię q; suę
Huius municipes. inter ditissimus olim est
Nomie Aristippus nobilis in populo
Omibus in rebus. qui fortunatus haberi
Et potuit dici iure beatus item
In rebus nimiū lautis fortuna repugnet
Sepius; vt mundi claudicet om̄e decus
Inter enī plures. gnatos tulit ille Galesum
Cōspiciū forma corporisq; bonis
Vsq; adeo; equos esset formosior inter
Et mage procerus quos Cyprus om̄is alit
Verū insanus erat; vecors; sine pectoris estu
Moribus incultis; vox quoq; crassa fuit
Quē neq; p̄ceptor. neq; vel solertia patris
Erudisse potest; reddere vel docilem
Fabula fit vulgi; cūctis iam dictus ephēbis
Cymon; quem fatuū Cypria lingua sonat
Hoc tulit indigne pater; & cruciatur acerbe
Dum spes de sanis moribus om̄is abit.
Vt q; suis non quotidie obuerfetur ocellis
Atq; recens mētem torqueat vsq; dolor.
Iussit in agroꝝ cultus & rustica mitti
Munera; villarū & simplicitate frui
Illi tempus erat syluis cōsumere dulce.
Et bene cōueniens rustica turba fuit
Vt pote qui cūctis fuerat ciuilibus expers
Moribus; vrbane nescius atq; toge

Elegia.

Dumq̄ ita sollicitus stitit est inixus arator
Officiūq̄ suum sedulitate facit.
Forte die quodam campis spaciā apricis
Seq̄ vię comitē scipio solus agit.
Ver erat et tepidi spirauerat aura fauoni
Fragrat & in campis florigerūq̄ decus
Mulcebāt vario volucres modulamine cęlum
Et philomela suos tempat arte modos
Om̄ia floruerant tūc est pulcherrimus annus
Vndiq̄ fronde nemus: gramina flore nitēt
Haud p̄cul est lucus multis non cediis annis
Et bene p̄ceris arboribusq̄ nemus
Quo postq̄ venere viri planissima campi
Area cōspicit̄ quā subijisse solēt
Huic suberat dulcis crepitātibus vnda susurris
Inuitans somnū teq̄ quietis herū
Istic inueniūt pulchrā dormire puellam
Vmbrifera in ripa gramine & in viridi
Huic adeo tenuis fuit et pellucida vestis
Vt decor in toto corpe visus erit
Ancilleq̄ due fuit atq̄ pedisequus vnus
Qui comitant̄ iter virgineāq̄ viam
Quā dum lustrando Cymon videt attonitus mox
Hęferat: vt nūq̄ femina visa prius
Sic baculo innixus cępit rimari apte
Et faciem atq̄ habitū virgineūq̄ decus
Singula mēbra tacēs spectat. flāmasq̄ latentes
Hauisit: et in vultu lumina fixa tenet
Antea qui nūq̄ a tar do distabat a sello
Qui caruit sensu quiq̄ sale orbis erat
Arbiter est formę factus postq̄ arsit in illa
Infixusq̄ imis vulnera fecit amor
Laudatur facies: fuluo & fulgentior auro
Cęsaries: nec non purpureęq̄ genę

Elegia.

Hic quoq; cōmendat frontē: niueosq; lacertos
Collaq; Bistonía candidiora niue
Nigra supcilia & laudatur eburnea ceruix
Nulla vel in toto corpe menda fuit
Nil non aspexit laudabile preter ocellos
Quos cum dormiret cernere non poterat
Mens erat interdum expgefecisse puellam
Vt nihil ex omni parte lateret eū
At veritus nemoris diuam et genus esse dearq;
Formosa vt visa est nulla puella magis.
Non erat vsq; adeo rudis vt diuina caducis
Terrenoq; homini non meliora putet
Iccirco expectat dumq; expgiscitur ipsa
Sponte sua: q̄uis tempus abire fuit
Dum stetit obtutu tacito: defixa tenendo
Lumina de facie gaudia mluta trahens
Euigilat: cunctis virgo prelata puellis
Nomine que dicta est Iphigenia suo
Dum caput alleuat hoc vidit Cymona bacillo
Innixum ppe se stare quasi attonitum
Et quoniam fuerat Cyprio notissimus omni
Partim stulticia: diuitijsq; patris
Alloquitur stolidum virgo pulcherrima: Cymon
Quid nemore hoc queris dic p̄cor ipse mihi
Hic neq; respondens. vultu sed virginis hesit
Assidue: & nūq; flexerat hinc oculos
Namq; voluptatem tanto ex fulgore puelle
Concipere: & raram leticiamq; putat
Illa pudicitie obtutu timuisse periculum
In se tam fixo stulti hominis solita
Mox iter ingreditur Cymonem linquere curas
Quem prius alloquit. quemq; valere iubet
Hic quia cōcepit torquentes pectora flamas
Offert se comitem seruitiūq; suum

Actus:

Et si non eque tulerit comitatus honorem
Virgo: tamen fatuum vel repulisse timet
Vtq; fores vsq; ad patrias comitauit euntem
Declinatq; sui visere tecta patris
Alloquitq; patrem post hac non viuere velle
Talibus in studijs ruricolaq; casa
Primo cognatis hoc ceperat esse molestum
Ille sibi presens ne dolor vsq; foret
Contandum tamē inducūt, dum causa liquefcet
Tam cito mutati: cui placuisset ager
Comperiunt tandem pulchre q; forma puellę
Ciuilem ex crasso reddideritq; catū
Ante ea quem nūq; potuere perita magistri
Flectere verba sui, vel monitusq; sacri
Impetrat ergo auide vestes a patre decentes,
Sordidior ne sit ciuibus ipse suis
Letatur genitrix, letant sanguine iūcti
Indulget q; pater quicquid habere libet
Ille frequens socios inter versarier optat,
Urbanisq; cupit semper adesse viris
Nocte dieq; vigil rimari & querere: quo sit
Moribus excultus quo q; placere queat
Ergo breui spacio triuialia grāmata doctus
Phōsq; inter vel numerandus erat
Solus amor causa est: cui dum flagranter inheret
Emendat vocem clarisonamq; facit
Vsq; adeo, vt cūctis fuerit prelatus ephēbis
Eloquio: cantu: musicanoq; modo
Om̄ibus atq; studet (visum mirabile cūctis)
Per que virgineus concilietur amor.
Non alius quisq; belli tenet aptius artes
Flectere velocis colla peritus equi
Quid plura: hic fuerat nulli virtute secundus
Quācūq; assumas, omnibus in Cypris

Elegia.

Digne igit̃ dulcis veneris præconia parta
Quis bene cōcelebret demeritūq; decus
Auspicio cuius virtutes agmine factō
Exerere caput: quē latuere prius
Et quas imit̃is tetro sub carcere clausit
Fortuna: imodicis sepe iimica bonis
Has amor exp̃ssit qui marcescētia somno
Ingenia exacuit, desidiamq; fugat
Quiq; locis ex obscuris animos generosos
Eduxisse solet: inq; sup̃ma locat
Cūq; iportunus vel sepe licentior esset
Cymon, & a recta cesserit ipse via
Vt puta qui captus (quis enī modus est in amore)
Virginea forma tēdiferoq; deo
Hoc tulerat genitor tñ: ex veruece politū
Cum videat factū: causa cupido fuit
Et quia Cymonē se a virgine dicier ante
In sylua audierat ludibriōq; habitum
Cymon enī stultus Cyprijs sonat, ipse Galesus
Consilio & gestis hoc abolere parat
Ardua quęq; studēs accedere fortiter vnus
Nil nō egregiū cogitat atq; facit
Tolleret vt maculam hāc & gratior esset amice
Nāq; loco mortis spretus amator habet
Atq; vt flagrantē paulū moderē amorē
Neue esset semp discrucianus item
Cypseū appellat patrē & dignarier optat
Cōiugio gnate virgineoq; toro
Cypseus cōtra se desponsasse cuiam
Afferit ex Rhodijs egregio iuueni
Cui genus a proauis clarū & virtutibus ingēs
Sit simul: at pactam frangere nolle fidem
Iam quoq; pacta dies venit ecce optabile tempus
Pasmūdas sponfam quo vocat ipse suam

Elegia.

Arferat iniusti stimulis agitatus amoris
Cymon: et ex rapto raptus amore furit:
Dum quid agat dubio nequicq; fluctuat estu
Indigno tandem vim parat ille toro.
Imminet heu quanto te te cōplectar amore
Tempus ait nobis prodere virgo tibi
Que mihi sola places, que sola vel ante rudentē
Reddis solertem tersiloquūq; virū
Secum ita ter foelix si quē dignabitur inquit
Illa virum; nec non ter similisq; deo
Iccirco aut moriar, vel te pro cōiuge ducam
O fortuna faue, tu q; supba venus
Stat rapere eximiā nobis, stat quicquid acerbū
Marte pati: fiat dūmodo pręda mihi
In genus omne mali p mille pericula rerū
Scandere non fugiat quisq; amare cupit
Magnanimū calidę veneris cōmertia poscunt
Non sunt hęc pauidis arma petēda viris
Per gladios multi pulchras rapuere puellas
Foelices constat quos senuisse tamen
Dū sibi persuasit, secū dū talia tractat
Et sibi iam certum cōsiliūq; foret
Ecce vocat furtim socios & sanguine iūctos
Proderet vt; secū quod statuiisset; eis
Singula dū narrat: certatim cūcta iuuentus
Se facilem prębet morigerāq; viro
Protinus educā nauem; iubet armamentis
Aptari q; suis; et dare vela noto
Taliter inq; salo pręstulaturus eūtem
Ad sponsum dominam: quā rapuisse parat
Iam q; aderant Rhodij iuuenes, pferre puellam
Ad sponsum iussi: luxq; iugalis adest
Excipiūtur honorifice: lautę q; parantur
His epulę hospitibus, & geniale merū k

Mox dare vela solent ventis & remige læto
Adducunt sponsam p mare fluctuagum
Sulcabat mediū pinus secura profundum
Læticia & pleno turba soluta mero.
Irruit ecce audax Cymon qui sistere nauē
Præcipit : armata vulnifera q̄ manu
Sistite clamat atrox : aut mors erit omnibus vna
Naufragio q̄ dabo corpora vestra truci
Strinxerūt Rhodij late vibrantia ferro
Tela : nec ad pugnam turba animosa minus
Iniicit in Rhodias naues Arpagona Cymon
Nauigio q̄ suo detinet heu miseris
Solus & in proram saltum dedit ocyus hostis
Non expectatis quos comites habuit
Inuicto q̄ animo medios volat ecce p̄ hostes
Agmina queq̄ fugans qua secat ipse viam
Strauerat & multos fatiente cupidine vires
Vulnere : cede: suū depopulatus iter
Non secus ac leo magnanimus violēter in hostes
Percitus irrupit sternere cūcta petens
At vero Rhodij impar ea pugna videri
Cœperat : vt totus cōcomitatus adest
Et sese dedunt postq̄ non viribus æquis
Instructi : armatis cedere iure queant
Cymon captiua victor voto q̄ potitus
Affatus Rhodios talia verba refert
Ponite sollicito conceptos corde dolores
ORhodij : et vestris rebus adite Rhodon
Non vos inuasi : captus dulcedine prædę
Fluctibus in medijs : nec spolia ampla peto
Iussit amor facinus : nec quisq̄ obstabit amori
Et Venerem contra quis ferat arma deam ?
Cumq̄ fidem genitor daret : hæc fuit inscia facti
Fœdere p̄petuo quam mihi iūxit amor

Hysita
At
Phas
L
Sing
T
Cym
E
Mle
P
Vict
E
Sifun
V
Fec
A
Mox
S
Istic
C
Quo
Dico
In
Exp
A
Sept
C
Cui
A
Oca
Ga
Ecce
For

Elegia.

Hīs ita dimissis ad se rapit ille puellam
Atq; renitentē fortior abstulerat
Phas & iura sinūt; lachrymis ait illa pfusis
Legitimum alterius cōmaculare torum
Singultu q; pias simul impediēte querelas
Testatur facinus cœlicolas q; deos
Cymon ad hęc: non est cur te macerare dolore
Debueris; tristi aut Iphigenia metu
Ille ego sum cui mors; cui vel spes vnica vitæ
Pendeat ex te vna de manibus q; tuis
Vicit amor fragilem; victo o ignosce fatēti
Et si vir potior in nullus orbe tibi est
Si fueris vel bella minus peterere minusue
Vultus culpandus proditor iste tuus
Fecerunt alij rapuit Minoida Theseus
At decus illius sacula nulla tacent
Mox comitū assensu Cretea ad littora tendit
Sperat vbi tutus viuere posse magis
Istic cognatos quoniā q; & sanguine iunctos
Complures habuit; quosq; fauere putat
Quod veritus Cyprum versus si vela dedisset
Inferret q; patri tam spolia ampla suo
Discordes animos atq; indelebile bellum
Inter amicorum progeniē efficeret
Expassis igitur velis; & remige forti
Ad portum Crete concitus ire studet
Sepius aspiciens latanti pectore prædam
Cuncta q; fœlici facta rogabat aue
Cui noctem memmisse fuit spes summa futuram
Aetneis flammis quē magis vllit amor
O cæcas hominū curas o lubrica mundi
Gaudia; delectat quicquid in orbe; breue est
Ecce vaga; incōstans; incerta; volubilis, atrox
Fortuna; instabili mobilior q; polo k ij

Gaudia Cymonis luctū conuertit in atrū
Et quicquid iuuit; causa doloris erat
Vix etenī placido transiectus marmore binis
Horis, & medium vix q̄ pegit iter
Instabat cita nox. cælum quē nubibus atris
Texit; & obscura est condita nube venus
Cum male Neptunus tumidis albescere cœpīt
Fluctibus; et quatiūt mox vada falsa ratem
Et sine lege ruūt tristes in prælia venti
In Cretam; est nullus qui bene vela ferat
Hic trepidare omnes misceri & pectora motu
Diuerso incipiūt; p̄nituisse simul
Ipse negat rector se, quis status ipse futurus,
Scire, sed oblitī munera quisq̄ sua
Tūc quantus fuerit mœror Cymonis; abunde
Vox nulla exprimere et nulla camœna potest
Cum reputet sese quandoq̄ fuisse beatum
Protinus at mersam atclamq̄ suam
Attamen ante omnes tensis ad sidera palmis
Diriguit subito virgo pudica metu
Attoniteq̄ diu similis fuit; illa capillos
Et laniata genas tristitia quæq̄ gemit
Tunc primū admissum formidine crimē acerb at
Et pœnas tantī criminis esse putat
Dūq̄ p̄cellosa puppis luctatur in vnda
Et capiunt vires flamina cūcta suas
Hī trepidī appellūt Rhodon haud caligine notā
Littore securi, dūmodo parta salus
Atq̄ locum dñs auspiciibus venere sub illum
Quo Rhodij; quos hic misit abire prius
Clarescente die distantes iugere pauco
Viderūt Rhodios nauigiūq̄ suum
Iccirco p̄pere & multis conatibus illic
Eduxisse ratem discipiunt q̄ fugam

Elegia.

Carbasa remigio & sudantibus acta lacertis
(Heu quantas vires contulit ipse timor)
Ventorū rabies aduerso flamine, eodem
Littore destituit; nec finit ire procul
Quos dū vidissent nautæ: non gressibus arctis
Ad socios vnus nūcia grata tulit
Haud procul est sita villa quidem cirrata iuuentus
Qua se cōtulerat nobiliūq; globus
Illos appellat q; ex ordine singula narrat
Quis simul auditis: vndiq; turba ruunt
Patricijs sese agricolę iunxere sodales
Comples; ne sint inferiore manu
Solícite q; fugam meditantē marmore seuo
Cymona apprehendūt Cyprigenasq; viros
In villam q; trahūt (vnde exiure ruentes)
Vocibus horrendi læticia q; graues
Mox aderat summus ppli tūc ipse magister
Stipatus forti milite Lyfimachus
Captiuos q; iubet cōfestim in vincula duci
Reddita Pasmundæ est Iphigenia suo
Iphigenia viro Cyprio mœstissimus ignis
Cui reliquū (preter oscula pauca) nihil
Occurrūt sponse; mites denso agmine matres
Nec capiunt Rhodias atria tota nurus
Solantes blande tanto de turbine tristem
Atq; fatigatam fluctibus in medijs
Iugiter et quāuis Pasmūdas instet & optet.
Vt capti intereant per gladiūq; cadant
His tamen admissum est sub carcere viuere vitam
Iam dudū captos se q; abire dabant
Interea dum sic cūctis in vincla diebus
Essent addicti tristitiæ q; loco
Ipsa afflictorū rursus fortuna miserta est
Inuenit q; modū quo q; reperta salus

Namq̄ minor natu Pasmundę nomine dictus
Hormisdas fuerat frater at egregius
Enixe huic curat Cassandram iungere certo
Connubio : specimen virgineūq̄ decus
Instruere vt deceat possit genialia festa
Pasmundas : pompam magnifice q̄ paret
Attñ impensis leuibus si festa duorū
Concelebret pariter certo eodem q̄ die
Hoc quia Lysimachus Cassandrę captus amore
Accipit indignans : & tulit egro animo
Attamen vt prudens premit alto corde dolorem
Sed quod opus factu est nocte dieq̄ putat
Quo possit turbare iugalia festa puellę
Quā se plus animo semp amore colat
Tandem cū fuerit tūc summus in vrbe mgr̄
Vi pariter q̄ potens : hanc rapere instituit
Contra sed miserū titulus reuocauit honoris
A tali incepto sceptrigerę q̄ manus
Nam tanto scelus est cumulatius et mage turpe
Quanto delinquens dignior esse solet
Sic cōsultantis tandem igni cessit honestas
Atq̄ voluptati succubuīt ratio
Cumq̄ magis visus nemo virtute vel armis
Prestans Cymoni Cyprigenisq̄ viris
Hos adhibere cupit : fidos sua cum geritur res
Libertasq̄ : nihil qua mage dulce fuit
In secretum igitur Cymonem adducere curat.
Carcere deducto talia verba refert
Cymon in aduersis qui magna picula fortis
Pertuleris : pauca hæc auribus accipias
Grandia mortali vel maxima munera donans
Immortale genus Cœlicolūq̄ chorus
Contulit haud vnq̄ in tectis plumisq̄ paternis
Dū modo securum viuere fata sinūt

Elegia.

Virtus per salebras & mœsta pericula scandit
Hic vbi sit sudor ppetuus q̄ labor
Quiq̄ agitatus in aduersis extollere vires
Nititur, infracto quiq̄ animoq̄ fuit
Hunc manet a diuis honor & laus: gloria: merces
Aeternū q̄ decus, sidereus q̄ polus
Quod si pristina vis tibi sit si viuida virtus
Quæ pridem fuerat: expiare licet
Et vinces tandem: quia Nortia diua timentes
Deprimit: at fortes tollit & extimuit
Ad quæ Cymon ait, si sit spes vlla salutis
Perge docere: meū sit tibi seruitiū
Carceris, ille inquit: Pasmundas anxius author
Inq̄ necem vestrā nocte dieq̄ vigil
(Quis dolor heu misero: verū si sentis amorē)
Fœdera concelebrat legitimāq̄ facem
Haud secus Hormisdas Cassandram ducere frater
Destinat: heu flāmam deliciasq̄ meas
Atq̄ a fortuna reliquū (nisi conscia virtus)
Nil restat miseris nec medicina subest
Ergo age vel strictis gladijs rapiamus amatas
Sic tibi libertas chara q̄ virgo datur
Namq̄ ego nō tantę patiar dispendia flāme
Aut moriar: sine qua viuere dulce nihil
Cymon (cui nihil hac vna re optatius esset
Omnibus ex votis) ore disertus ait
Te vel ad imitem Scyllam vel regna Getarū
Ad q̄ nigras Ditis te comitabor aquas
Si modo quod narras facinus fortuna sequatur
Quo res cūq̄ cadat præsto futurus ego
Sit tuus iste labor nūc qua ratione quod instat
Conficiet possit: iussa sed ipse sequar
Intrepidusq̄ adsum, nec me vis vlla volentem
Auertet: dum artus spiritus hosce regat

Lyfimachus contra: lux quando perendina venit
Sed cū mox phœbus mergitur oceano
Tecta maritorū nuptę: ardētissimus ignis
Amborū. intrabunt noxq; iugalis erit
Armati obstemus fida stipante caterua
Nūc opus est raptu: martigenaq; manu
Inq; ratem. ppere raptum ducemus amorem
Nup ad hoc factam. mox fugere inde leues
Quod si quid cupidis obftet mittamus ad orcum
Comprobat hoc Cymon atq; paratus adest,
Iam q; dies aderat & cōiugiala festa
Regaliq; nitent atria tota dape
Iam matronar; cōuentu turba frequentat
Nobilibus pompis tædiferamq; domū
Ecce volant celeres hinc inde agilesq; ministri
Qui mensas onerāt nectare cūq; epulis
Interea gladijs tectis instructus vterq;
Cum socijs Cymon. Lyfimachusq; suis
Agmine diuiso quosdam custodia portus
Accipit. et quosdam vestibulūq; domus
Lyfimacho q; comes Cymon cū milite forti
Sponsorū intrepī tecta subire solent
Mox q; p; scalas intrant cænacula. mensis
Inuersis. rapiunt. tunc sibi quisq; suam
Omnia lamentis p; que cōplebat amaris
Turba puellar; fœmineūq; genus
Inq; repentinos cōiuiua læta tumultus
Versa. simul cūctos clamor ad arma vocat
Raptores strictis gladijs exire volentes
Pasmundā in scalis obuiū habere vident
Armatū enormi baculo. dū tantus ad aures
Venisset clamor cū fremituq; truci
Quem valido Cymon fortis mucrone trucidat
Exanimūq; caput corruit ante pedes

Hic idem Hormisdam fraternaque fata volentem
Vlcisci : interim it : pessimus hostis amor
Longa referre mora est media de plebe iacētes
Effususque cruor atria tota replet
Ergo ambo celeres pperant contingere portū
Per mediosque hostes agmina queque secant
Nauibus ascensis spolioque onerata petito
Carbasa soluentes : hinc pperare student
Dūque bonis auibus Cretea ad littora ventū est
Excepti que suis comiter atque forent
Solennē celebrant genium & sponsalia festa
Laticię intenti blandidulisque iocis
Sæpius hinc turbę exortę varięque tumultus
Et Rhodios inter Cyprigenasque viros
Exilio tandem exacto concordia facta est
Et patriam repetit cōiuge quisque sua
Atque ibi fœlices multis vixere diebus
Concordi voto coniugijque bonis

FINIS

Ad Gasparē hūmel phm̄: musarum Symmathiten:

Cum plerique om̄s simus vel lumine capti
In nostris rebus, nyctimeneque pares
Visere digneris si quo sit lapsus amicus
Nam nihil exacte quod pperere efficitur
Displicuisse tibi quædam si sensero Gaspar
Cetera confisus sum placuisse tibi
Hęc quia deuenient vel Langij opinor ad aures
O tam præstantis doctiloqui que viri
Cui nihil: excultum nisi sit: sacrare licebit
Lima ideo asperior pessima queque secet

Ad Benedictum Farner Acathinopolitanum : phm
& iureconsultum.

Sunt apud Aeneadū mihi certa negotia regem

Quēq; aditare volo vel benedicte breui
Inq; vicem nostram te successisse legentem

Interea exopto : suppliciterq; rogo
Nec quicq; obtendas, non est tibi rustica vena

Ingenij : musas qui sophiamq; sapis
Obsequeris socio : nec dedignere petentem :

Perpetuus meriti debitor huius ero
Atq; ego polliceor deuinctus munere tanto

Omne meū studium seruitiūq; tibi

FINIS.

De Miseria Humane condi.

Elegia H. Bebelij Iustingeni, de miseria humane condi-
tioniõs Ad nobile et eximium virum Hartmanum de Eptin-
gen Canonicum Basiliensem dum laboraret podagra.

O mihi Mecænas musarum magnus amator
Hartmane eximios inter habende viros
Non tibi sit durum tristes tolerare dolores
Orbe sub hoc gemitus vallesque tristitiæ
Socraticam sapiens proponas sumere frontem
Sideribus placidis letus & usque malis
Noluit hic rebus nimium gestire beatas.
Rebus in aduersis obrutus ille nihil,
Fortem habeas animum mortis terrore carentem
Mœsticiæ & luctus, quodque dolere facit
Et lugere nefas: nequeas quod triste mouere
Nam quicquid patimur fata proterua volunt
Dulcia mortales fata hæc et tristitia cogunt
Ferre: bonis toties inuidiosa viris
Sint alijs Arabum messes sit Lydius amnis
Diuitias habeant possideantque Mide
Sint Calabris armenta iugis: Campania diues
Sardinię segetes mala quoque Hesperidum
Purpureæ vestes: tyrijs infecta venenis
Nobile sit quicquid quelibet ora ferat
Sidera mi faueant: fati sit & hora benigni
Diuitior regum nullus in orbe foret
Conditio miseros vrget tam nubila mundi
Tranquillusque manet nullus in orbe status
Legimus hoc propter Thracas seuum & rude vulgus
Funera natorum cõcelebrasse choris
Plausibus & saltu mixtos iuuenesque puellis
Et vetulis mixtus durus arator erat
Excipiunt pueros mœsta iam fronte creatos
Et decus est lachrymis sepe rigasse genas I ij

De Miseria

Namq̄ opus ingressis vitā est p̄ferre labores
Multiplīces : simul et tristia multa pati
Cūq̄ fame q̄ sitim : morboꝝ mille figuras
Sollicitas curas pauperiem q̄ grauem
Estiferum solem : S cythici q̄q̄ frigora chauri
Et pluuios austros : sub ioue ferre niues
Cūctaq̄ (si centū lingnis comitatus adesset)
Que torquēt miseras enumerasse negem :
Attamē ex tumulo luctus curaq̄ moleste
Et dolor & morbi deperiere simul
Aureus his animus sup̄a delapsus ab æde
Thracibus : & melior sensus adesse nequit
Orbe sub hoc nihil est ex omni pte beatum
Nec cuiq̄ semper fata superba fauent
Hæc miseros prestant varia ad discrimina mortis
Huic caput abscissum : frangitur ille rota
Hic moritur furca miseris ifamia pendens
Cognatis : genuit quē miseranda parens
Piscibus hic cibus est imo sub gurgite merfus
Oceanī : cupiens mercibus esse potens
Hunc sitis extinxit tostos dum p̄git ad Indos
Dum placet eoo gēmula lecta mari
Sidonio hic mutans tinctas cū murice vestes
Diuitijs : rapidis obrutus ipse notis
Aphricus hūc leo suffocat vel belua martis
Griphes ptimuit gens Arimaspa truces
Alter enim imitis nocuo cadit ense latronis
Confatians q̄ lupos alituūq̄ pecus
Sūtq̄ venenoso ledat quos vipera morsu
Et quibus intulerit dira Cicuta necem
Multos sustulerant aconita iniusta nouercæ
Herbas quas legit Colchica terra dabat
Lurida Theffalicis vel Marsis gramina campis
Non nullis vetulæ noxia verba nocent

Humane condi.

Classica nūc passim sonitant & bella parant
Ante diē miserōs tollere parca queat
Millia multa cadūt : regni dū vana libido
Indupatores mouerit atq; duces
O dolor ah gemitus miserorū sanguine torrens
Defluit : ignotū perdere quando datur
Non p̄ iusticia, nec item p̄ nomine Christi
Atq; Hierosolymis vt soliti estis aui
Sed pro diuicijs vano & moderamine regni
Nomine vel grandī marcia tela vibrant
Sic ducis vnus culpa : cū corpore & vmbra
Mille homines pereūt, sed numerare nequis
Et modo Teuthonicus si sint stipendia p̄mpta
Miles adire solet solis vtrasq; domos
Syrus hūc ardens nūq; vel bruma retardat
Stridenti Borea farmatico q; gelu
Premia p̄ponas : quis sis non querere curat
An pro iusticia bella cruenta geras,
At funesta cohors pua stipe vendere vitā
Qui potes? atq; animā negligere atq; deū
Qui potes in meritū duris iugularier armis?
Qui similem perimis iam moriture cades
Que fera tam seua : in fociū seuire repta
Inq; genus p̄priū dic mihi miles atrox
Inquinat haud vrsus dentes in sanguine fratris
Hircano hoc itidem littore nata tygris
Hoc miser attentas diuē rationis egenus
Ob sacras animā pessime p̄dis opes
Iam ruīs ad manes vix sicca morte pemptus
Pars gladio aut saxo : pars cadit igne : gelu et
Aut si de multis fortuna peperit vni,
Ille cicatricū plurima signa gerit
Agmie & in toto multis sunt brachia māca
Maxillas sine vel vulnere raro vides I iij

De Miseria

Non secus atq; duces mors sanguinolenta misello's
At inopes olido carcere fata manēt
Autq; ego nō alios hoīes grauiore perire
Cōdcōe reor, vel mage fluctiuaga
At resipisce semel tandē mauortia turba
Et discas summo numē inesse polo
Pro q; fide pugnās Turcas cōtunde feroces
Sic tibi fit requies fitq; penne salus
Vndiq; disturbāt nos mille pericula rerū
Mœsticiēq; vacat nullus in orbe locus
Alter ad ignotos abauitis sedibus actus
Pergit & inuisos increpat vsq; deos
Cogit ille suis tremebūdas dicere leges
Ciuibus: et pauidos voce citare reos
Intentus p̄prijs mallet cū ducere vitam
Priuatā: nā res negligit inde suas
Alter amans solus populo imperiosus haberi
Cogit, ah supplex sub iuga ferre pedem
Hos metus exanimat facies q;q; dira tyranni
Et ppli nūq; certus amor q; fauor,
Hic queritur tristis viduatā ple toralem
Assiduo lugens sidera tetra sibi,
Iste dolet nimīā misero cōfurgere plem
Namq; alimēta sibi defore credit inops
Cōiugis et ples lesū sub corde pudorē
Deplorāt: falsi & nomia victa patris
Cecus amor multis veneris q;q; dira libido
Incutit infanę nubila fata necis
Pyramus est testis qui (dū Babilonia Tisbe
Tarda venit) p̄prio leserat ense latus
Rupit & indigno Phyllis sua colla capistro
Dū manet heu frustra Demophoonta suū
Et vitā amisit dū vult Holophernes amar e
Qui q; Abydeā est sepe remensus aquā

Humane condi.

Et diues Priami sceptrū : tot regna tot vrbes
Funditus excidit imperiosus amor.
Oēs humanos supat venus anxia morbos
Herbis qui nūq̄ : aut pellit Hippocrate
Seuus amor racioē caret : caret impius omni
Mensura atq; modo : lege : pudore : metu
Quicquid amor iussit seu phas seu iura reclamēt
Obsequit facilis quisquis amore calet
Quisquis amat patit lachrymas suspiria luctus
Cū gemituq; cruces anxietate madēs
Ferre famā : tolerare imbrē : cōtemnere somnos
Sub loue lenta pati frigora iussit amor
Somniet aut vigilet sibi deniq; quicqd agat
Offertur cordi dulcis amica suo.
Nulla dies vnq; veniet tam sole sereno
Qui gemat : & lesi corda purat amor
Vanaz deludūt sopitum insomnīa amātem
Perpetuis noctē ducit & in lachrymis
Et puer & cæcus : nudus : pharetratus & ipse
Alatus : Veneris fingit ignis edax
Quod faciat q; senes pueros & luce carentes
Quod feriat miseros. quod leuis errat amās
Et quis tam dextro pede sit cōiunctus amice
Meroris demū senserit ille nihil
Viuerē nū potuit fallaci captus amore
Quē nō pœnituit colla dedisse iugo
Sic veneris finē complēt absinthia trīsti
Succo : cū tribulis Corsica mella simul
Nec mihi fœlices quisq; psuaserit illos
Quos mala luxuries nocte dieq; trahit
Hæc prædulce malū est. hoc pnciosior hostis
Quo magis incautos blandus amicus abit
Nā cui non dulce est vīno dapibusq; paratis
Indulgere : simul ocia longa sequi I iiii

De Miseria

Atq; puellares ludos duxisse chorosq;
Et si quid reliquū luxuriosus amat.
Laudabant veteres si quem vixisse modeste
Constitit, & frugi vel tenuisse modū
Tunc pudor & pbitas tūc nos ascrea colebat
Sed nūc in p̄cio est imoderata gula
Ducitur heu pulchrū iam amplas siccare lagenas
Et calices totos euacuasse meri
Ille ppino tibi & ferio te voce sonora
Clamitat: epotum tradit & inde scyphū
Expectans alter nulli vult esse secundus
Atq; ad mensuram cōuocat hinc aliū
Optimus hic demū qui plus hausisse p̄batur
Illius laudes cōpita nulla silent
At quantū ebrietas noceat vel amicta dolosis
Illecebris: nequeo cōmemorare satis
Quippe nec aut pestis tm̄ nec tela nec hostes,
Quantū sola nocet dira libido gulę
Hęc male mortales hebetat caligine sensus
Ingeniū effētat debilitat q; caput
Hęc morbos malefanandos & tristia fata
Et subitas mortes hec peperisse solet.
Hęc phas atq; nephas paruo discrimie ducit
Queq; suos famulos mētis egere facit
Magnus Alexander toto domiator in orbe
Gentibus inuictus ebrietate cadit
Imperiū Assyrijs rex Sardanapalus & ipsam
Amisit vitam luxurianter agens
Victrix Italię periit Maurusia plebes
Dū male cāpanas luscus amauit opes
Legimus & cellas luxus quas verterit vrbes
Eximios q; duces fregit Hiacchus iners
Multaq; p̄terea sunt nostrę incōmoda vitę
Vndiq; nos agitat vasta p̄cella maris

De Miseria

Hanc adriæ fluctus nec Scylla voracibus undis
Territat : aut reflua seuæ Charybdis aqua
Classica quætiã : tot tristia bella : tot enses
Illa vias docuit pperandi ^{diuitis} arca tulit
Quas mare quas tellus quas dedit ira nocens
Strangulat heu multos nûmorum sacculus ingens
Census & exuperas : diuitiæq; sacre
Et fuit exitio dominis fœcundus agellus
Sæpe . timēda agri fertilitasq; soli
Temporibus sicut diri imitissq; Neronis
Longino nocuit ditia habere bona
Et Senecæ eximio cōgesta pecunia mortem
Intulit : & multis quos numerare piget
Adde quod (vt phibent) locus est rarissimus ipsis
Ditibus : in superis Elysio q; lare
Preter auaritiã vitiũ nãq; omne senescit
Illa die crescens tempus in omne manet
Est minus infœlix modicis cōtentus agellis
Rusticus : & quisq; simplicitate nitet
Ergo quisq; ades fastus cōtemne proteruos
Ex his cōsurgit cura molesta tibi
Vtere sed lætus tibi quod natura ministrat
Sic melius viues diues in orbe fatis
Nec mihi liuor edax vllam nouisse quietem
Credidit : aut dulcem sumere in ore cibũ
Dũ dolet alterius successu : & sorte secũda
Heu gemitu quali pectoris ima replet
Si tibi vel mihi sit nûmorum maior aceruus
Aut plus possideas suppliciũq; suũ est
Quod placido careat somno : rodentibus ipsum
Assidue curis : quo q; dolore gemat
Aspice quã pallor vultũ subduxerit omnẽ
Quam sit totius tristis imago viri

Humane condi.

Et demū inuidiā comitatur factio discors
Seditione potens : iurgia : bella : necesse
Iustius attamē inuidia est nihil hæc quia primo
Authorē rodit excruciat q̄ animū
Vexat itē multos furor ambitiosus honorū
Scandere dū cupiūt nocte dieq̄ rotam
Ast ego fortunā regum vel celsa ducūq̄
Atria nec quisq̄ iure beata putet
Vel quibus incumbūt tam multa pericula vitæ
Et ferrū & saxum : dira venena : necesse
Hic vigilis timor est : curarū & mille figuræ
Sapeq̄ suspectus tuq̄ satelles eras
Hoc bene cognouit Siculo regnator in aula
Dū se foelicem diceret esse sophos
Pendit in auratis regū laquearibus ensem
Ceruices supra : iussit & esse sophū
Ostendens quā sit nūq̄ sincera voluptas
Instabili regno plena corona metu est
Discite non nimīū lautis cōfidere rebus
Magnanimi o reges belligeri q̄ duces
Aequa sed p̄mpti semp cū mente bifrontis
Fortunæ mores tollere fluctuagos
Ludit in humanis rebus fors infima summis
Admiscens : firmū sed finit esse nihil
Præcipitat reges : seruos ad sidera tollens
Ex seruo regem rursus ad ima trahit
Dives erat Crassus qui sorte p̄emptus iniqua est
Et Cæsar p̄iter victor in orbe cadit
Sic cadit inmensus cui vix suffecerat orbis
Pelleus iuuenis tuq̄ Philippe parens
Cræsus enī captus didicit ditissimus olim
In vita foelix quod nihil esse queat
Hoc Xerxes didicit, Cyrus rex ponticus atq̄
Et cū Romuleis Argolici q̄ duces

De Miseria

Sunt miseri viuūt quicūq; sub orbe Dianæ
Nec quisq; foelix tempus in omne manet
Legimus Assyrios multis regnasse triūphis
Cum Mēdis Persas nūc, nisi nomē habent
Gracia vel quondam extulerat vexilla p orbem
Nūc famula est Turcis sub pedibusq; iacet
Mœnia Quirini q; regna nec vlla potestas
Firma diu maneant; vel monumēta dabūt
Sic quos ex humili magna ad fastigia rerum
Extulit & pariter cōspicuos q; facit
Mox rapit in preceps fortuna volubilis illos
Et quibus infesta est post modo amica redit
Et quē diuitijs donauit diuite cornu
Irus erit subito; verterit illa rotam
Hoc ita disposuit summi moderator olympi
Iudice me; diua nec ratione caret
Vt nihil hic homines possent sperare perenne
Sed simul instabili cūcta perire gradu
Quodq; solum incolimus patriam non esse quietā
Sed durū exiliū tristitiæq; lacum
Qua semel emensa per tot pelagicq; pcellas
Et fluctus vitę luctificas q; vices
Ingredetur homo patriamq; & regna parentis
Tūc non deficiet tpe parta quies
Sūt tamen heu plures; qui nulla incommoda ferre
Iudice se ostentant; nulla pericla timent
Quod sibi diuitiæ, quod sint de stirpe vetusta
Cōiugis & castæ penelopeus amor
Incolumes; pulchri; iuuenili prole beati
Nec graue sit quod non vel bene ferre queant
Stulte quid insanis; multis fortuna beauit
Muneribus, si quos p̄cipitare cupit
Raro casus humilis vexat Rhānusia diua
Sed regū turres mœniaq; alta petit

Epigramma.

Ad Sacerdotes de tribus questionibus sibi
a domino pponendis.

Vindicis horrendū timeas si forte sacerdos
Iudiciū : inferni & regna tremenda canis
Hęc tria sunt animo semp meditanda fidei
Ut ratio per te reddier ipsa queat
An bona quesieris iuste ecclesiastica : turpi
Nec præbenda lucro parta vel empta tibi
Si bene si iuste vitā vixisse probabis
Fugeris & quicquid ducit ad ima stygis
Rexeris an bene catholici curā gregis amplam
Quē tibi cōmisit summus in arce deus
Quod si deficias si non purgabis amice
Hęc tibi pposita & iure tenenda tibi
Quā timeo vt dicas (cū buccina summa tonabit)
Ah mallē in gelidis montibus esse lapis.
FINIS.

Satyricū. Carmen.

Satyricū carmen H. Bebelij Iustingen. in nephandos
nr̄q̄ tēpestatis mores ; & cōtra detractores pessimos.

Vid faciā in mūdo . sim iustus amator honesti

q̄ Sim vita sanctus multa virtute pbatus

Despicior vulgo : cōtemnor : hypocrita dicor

Et simulator iners quandoq̄ fuisse nephandū

Ah fatius credo (tanta in caligine rer̄

Verfamur miserū) quā nūc pbitate nitere

Tam penitus pulse terris virtutis amantes

Diua : sed tm̄ tenebrofi semina ditis

Liur edax : odia : & sine fine maligna voluptas

Alterius damni terris iam summa colūtur .

Surgam igiŕ ppere medio cursurus ab orbe

More patrū sylvas vagabundus deuia tesqua et

Stat colere : & medios inter cōnare ferar̄

Conuentus : mites o tigres este lupiq̄

Et quecūq̄ famelica bestia . mitis adesto

Namq̄ ego ceu frater Samijs faciabor in hortis

Arentēq̄ sitim pellam torrentis ab vnda .

Belua non vsq̄ nostro ledetur ab ore

Si t casa qua possim estiuos cōtemnere soles

Et pluuios austros . scythici quoq̄ frigora chauri

O liceat colubros inter posuisse cubile

Gramine sub viridi quocūq̄ loco atq̄ recessu

Proijciam corpus . plumarū nulla libido .

Huc fugere nouē phēbo ducente camœne

Cecropis huc Pallas quis cū cōmertia nobis

Quis cū solabor breuiuscula tempora fati

Dū mihi fatales rescabūt fila sorores .

Curabunt aliq̄ . cōmunia condier inter

Busta ppinquoꝝ . sit mens infracta p omnes

Terrores mortis . si occurrūt mille figuræ

Ultricesq̄ deæ vmbraꝝ atq̄ horrenda Megera

m ij

Satyrīcū.

Quasq; fouet diras aīas nebulosus auernus
 Terribiles volitent moriētis lumīa cir cū
 Sepius vt solite : vicijs si quando iuuenta
 Torpuit : & cōmissa meū sine fine fatigant
 Pectus adesto p̄cor mitissima virgo poloz
 Quę potes aspectū dītis remouere p̄phani
 Me cōuexa tegant cæli quocūq; locoz
 Aerīę seu me volucres (q̄ malo) vel vrsi
 Depasti fuerint liceat sim piscibus esca
 Dūmō sideræ scandat mens mœnia sedis.
 Ibo igitur p̄pere casus quocūq; iubebit
 Et pes quo ducet populos visurus in orbe
 Extremo: Meroen supra cancriq; sub axem
 Ire libet si sunt, vel Nilum a fonte bibentes
 Quādoquidē inuidiæ stimulis & mille sagittis
 Impetor & ledor veluti malefactor iniquus
 Sim bonus & (liceat) multū dīs testibus æquus
 Tam canis infernus gentes suffudit in omnes
 Virus lætiferū subductus ab Hercule in orbem
 Vt pauci possint (veri caligine cęci)
 Prendere quid deceat quid honestū quidue tenendū
 Vade igitur furias inter numerande pudendas
 Liuor iners quōdam sedes habitare sepultas
 Dītis : vt ostendit maciesq; simillima morti
 Horrenda & stygio facies pallore grauata
 Liuentesq; oculi suffusi felle pusto
 Quid tibi nobiscū, tandem malefane recedas
 Desere mortales quos vndiq; semine tetro
 Fœdasti tecum rixas cędesq; nephandas
 Atq; simultates tecū sub claustra reporta
 Cerberæa, inuitis nam te p̄spectat ocellis
 Tota cohors hoīm : quisq; ne viuere tecum
 Aut velit aut poterit, cū tam mala verba p̄fari

Carmen.

Irrequieta velis in quosquos omnibus horis
Exoptare simul iustis mala : amare nephandos
Omnibus insultas nunc fulmine vocis apto
Euomis in quosquos liuentia verba : nocere
Murmure nunc tenui properas corrumpere famam
Cunctorum : a facie quamuis laudaueris omnes
O bona falciferi Saturni secula : tunc non
Terricolis tecum fuerat communio : sed tu
Mœsta tenebrose vexabas lumina lethes.
Nunc superis auris fecisti ferrea sacra
Quercubus ipse fauorem decerpisti : lacte fluentes
Orbasti fluuios limoso flumine turbans
Bella paras ducibus : armasti sanguine multo
Fraternas acies & dira aconita nouercis
Instruere edoctus : patrius quem fuderit ensis
Sanguine letaris, cognata & cede viorum]
Quid plura & nocuum quicquid reperitur in orbe
Inuidiam inuentum est o rerum pessimus hostis
Tu reperis gladios quo sint ad tartara mille
Horrendaque viæ : fatales nonne sorores?
Sat fuerant mortale genus deperdere leto?
Omnibus inuisus rebus gaudere secundis
Nescius aduersis faciasti pectora leta
Est natiuus amor integros nonque nocentes
Vexare inuidie : atque alta cacumina rerum
Atque ferire viros quos vexit ad ardua virtus
Annibal e poenis dux contatissimus oris
Inuidia pulsus quamuis pertexerat hosce
Inuidia primi maduerunt sanguine fratrum
Romulidum muri : Cesar tot vulnera passus
Scipiadas & quos Romana potencia dudum
Florentes vidit, Pompeius tuque Camille
Atque alij multi tocies qui sanguine fuso

m iij

Satyricū.

Nominis æterni Romā fecere supbam
 Ingrata ex patria nigro liuore repulsi
 Liuor Aristidem qui nomē habebat Athenis
 Iusticię pepulit: Socratē sed nigra venena
 Sustulerant: o liuor edax corrūpere quid nō
 Molliris summe duce te Carthaginis arces
 Funditus euerse pariter Lacedæmonis ædes.
 Vnde tot egregij venerūt belligerantes
 Corruit & Thebæ centū celeberrima portis
 Et Babilon: Cadmi quæq; regia passa ruina
 Atq; alię innumerę quas nō cōprendere mēti est
 Turba pphetarū lapidata vel ense necata
 Inuidia: Iudæa tuos o pessima semper
 Tollere curas quos cōmendat vita pbata:
 Heu heu quo pgam nulla pietate linītū
 Prodigiu vitare volens vltra Garamātes
 Per Libyę deserta ferar, vel culmīa mōtis
 Caucasei insequit lacerat comitat & instat
 Angulus imensi nec quisq; est inuius orbis
 Mens erat exutis peccatis in quibus ipse
 Delitui, dudū soli seruire tonanti
 Effugere vt possim stygij predonis habenas
 Et scelus admissum multa virtute piare
 Gaudia reieci tam lubrica tamq; caduca
 Atq; voluptates mundi, quis nemo bonorū
 Immerfisse volet: nostris decor omnis abibat
 Vestibus, at tm villosus corpa pannus
 Obtegat, & dulcē capiam sub stramiē somnū
 Dū nox obscuris subduxerat astra tenebris
 Et siluit quicqd tellus & pontus & æther
 Tentat ego crebro suspiria mille tonāti
 Fundebā deus o sanctissime percipe diuū
 Cantica, debentur tibi laus honor inclytus vni

Viuere
 Tume
 Fecisti
 Vt pos
 Hac a
 Cōuer
 Impun
 Eccen
 Atq; fa
 Fabula
 Fallere
 Cum sol
 Exclama
 Sicone
 Mandū
 Crimō
 Testif
 Creden
 Sum
 Cōiug
 Quib
 Laudet
 Error
 Irreple
 Hoc
 Quid
 Obp
 Sanct
 Quos
 Enite
 Fabric
 Relig
 Etrusc

Carmen.

Viuere qui nobis donas . fuerã nihil ipse
Tu me plasmasti me participẽq; poloz
Fecisti regnis . hæc dũ & sum plura locutus
Ut possit nobis summus mitescere Christus.
Hæc audita pcul vulgi venere sub aures
Cõueniũt subito plebis malefana caterua
Impungũt lacerãt fantur mihi queq; nephanda;
Ecce nouus venit cuncti exultate ppheta
Atq; facer vitam (solus p compita pagi
Fabula ego fiam) qui sub velamie honesti
Fallere conatur (clamãt) hoiesq; deosq;
Cum soleat facinus semp fouisse pfanũ .
Exclamat pariter p compita risus anilis
Siccine puerse o deludere apostata totũ
Mundũ pertentas forsan stolidissime nequã
Crimibus tegmenta tuis que maxima cuctis
Testibus existũt . ponis pbítatis in vmbra
Credaris verus & simplicitate videndus
Sum latro sum predo multis ; mille vndiq; cinctus
Cõuitijs quisq; tota nec plebe reptus
Qui bene quod factũ est multa & virtute pactũ
Laudet & extollat . tam fœdus tamq; pphanus
Error in hũanas mentes phlegetontis ab vndis
Irrepsit . toto & regnat pmissus in orbe
Hoc itidem patior monachus licet atq; sacerdos.
Quid nõ audebit vulgaris concio quẽ non
Ob pbrio linguæ mordebit . sis licet ipse
Sanctior antiquis patribus sacrisq; pphetis
Quos deus elegit eterna pace potiri
Eniteas quibus ipse velis virtutibus . & sis
Fabrítio grauior defensoriq; Camillo
Relligiõẽ Numã vincas pietate Metellũ
Et priscos bonitate viros supes ; tamen ipse

m iij

Satyricū.

Zoilus vsq; non aberit qui dicere promptus
 Dii tibi sint hostes nigro vestite cucullo
 Qui sub pelle ouiu gestas p corda leenam
 Et tumidis solitus verbis secreta tonantis
 Spargere p plebem. qui solus nosse deorū
 Preterita & poteris p̄sentia queq; futura
 Vt summis nup̄ sis p̄cipitatus ab astris.
 Edocet hic mundi luxū damnare malignū
 Dedecuit quicquid dissuadet fronte seuera
 Attamen hic Curios simulatq; & bacchica festa
 Concelebrat noctu; nō scorta mouencia sensum
 Desunt. in venerem totis sed viribus itur .
 Quid plura; in tenebris patrarūt turpia queq;
 Vos quoq; Lollardi quibus est syluosa cauerna
 Ite pcul vulgus clamat facie extenuati
 Atq; probi vultu solo . si ctiq; Catones
 In cute sed nequā. sed gens tristissima que. nil
 Non tentare audet sceleris nil linquit in ausum
 O mores o tempa quid sanctū aut loue dignū
 Quod nō denigrat vel mox detractor iniquus
 Et plerūq; bonos simul & quos multa lucerna
 Viderit insequitur probris . sine pectoris estur
 Archadicū pecus & sine sensu plebs malesana
 Quod sibi non tm̄ nouit bonitatis inesse
 Quicquid ago demū loquor & puertit iniquus
 Interpres lior. mala verba reponere doctus .
 Si veneror sicut colui sine fine poetas
 Deliciasq; sacras Thymbrei vatis & Euhan
 Teuthonici Dryides o magna potentia fati
 Atq; sacerdotes quibus est ignota Minerue
 Militia insurgunt musis. nec flauus Apollo
 Tutus ab ignaris . tanta est insania mentis
 Nonne sacerdotes sumus & nos turba deorū

Scimus q
 Nec nob
 Quare
 Nos alie
 In solo
 Sufficia
 Et celest
 Sufficia
 Non sic
 Atq; op
 Cū relig
 Dūmodq

Carmen.

Scimus quid deceat quid sit superis faciū dum
Nec nobis notus Phœbus nec castra sororꝝ
Quæ nequeūt nobis sacram replere crumenā
Nos aliquid scimus panē lucramur abunde
In solo tamq̃ mortales viuere pane
Sufficiat: sunt qui iam post monumēta perennem
Et celebrem spernūt famā sit dūmodo nūmus
Sufficiens plena & sit dum sibi lena culina
Non sic instituit summus bonitatis amator
Atq; opifex rerū, sed transeat error iniquus
Cū reliquis multis quis toto cingimur orbe
Dūmodo dijs placeat alios inducere mores:

FINIS.

Epigrammata.

Henrici Bebelij Iustigen. Poe. laureati Carmē in pestē
pro Agnete Rethaberin virgīe pulcherria Tubigen.

Impia crudelis furibunda immanis iniqua
Pestis, dic tutū quid te apud esse potest?
Si tam vernantes pperas decerpere flores
Flores tam teneros, tam vel odore graues
Te deteste quis non? quod seua puellas
Tam male matura surripis ipsa nece
Demetit vt Boreas cū deflorescere campi
Lilia ceperunt, florigerūq; decus
Sic licuit seniū & vetulas rescindere frondes
Virgīneos flores nec licuisse potest.
Pone tibi licuit, sed quod discrimine nullo
Iniicis ah auidas, omnibus ipsa, manus
Hinc tibi concedūt cuncti feritate latrones
Presertim Agnetem si rapuisse potes
Agnetem cunctis que sit p̄lata puellis
Moribus & cantu corporeisq; bonis
Quid meruere p̄cor? tam mēbra decentia, p̄ quod
Tam cito tartareos cogis adire lacus
Quid meruere decens os & rubicunda labella
Candida vel facies purpureaq; genę
Flauaq; cęsaries nec non teretesq; papillę
Collaq; bistonia candidiora niue?
Corpore pua quidē sed qua formosior haud est
Versat vbi gelidas Neccharus amnis aquas
Quod nisi te tigris genuisset Caspia pestem
Scylla ve crudelis dira Carybdis item
Sternere cauisses hoc hoc tam nobile germen
Sanguine tam raro vel maculare manus
Quod si nec te ætas nec corpus amabile tangit
Duceris & formę nobilitate nihil
Flectere vel saltem potuit vox clara puellę

Qua
Cedichu
Syre
Illa puel
Dun
Ferrean
Feri
Attamē
An
Hic ego
Virg
Vnica
Mille
Antiope
Vot
Quod fili
Vot
Nō dub
Sed
Atquip
Dit
Et vos o
Inferi
Spargit
Cūc
Nouer
Si q
Has tibi
Beb
Que soli
Pella

Epigrammata.

Qua nemoris cūctas exupauit aues
Cedat huic cygnus cedat philomela vocalis
Syrenū cantus cedere iure putem
Illa puellarū voces rauescere fœcīt
Dum gīrum faciunt & chorus ipse canīt
Ferreā mors est causa, nephās cōmittere tīm
Ferreus est & quem non mouet iste dolor
Attamē hanc supū iussu rapuisse putarem
Angelicos inter cantet vt ipsa choros
Epitaphiū eiusdem
Hic ego quē iaceo teneris direpta sub annis
Virgo & adhuc nullo cōtemerata viro
Vnica cura patris miserę spes vnica matris
Mille procis placui criminis absq; nota
Antiope fueram specie, philomela sonora
Voce: tamē cuncta hęc sustulit hora breuis
Quod si flebilius posset mea vita reuertī
Votis & precibus matris & heu iuuenū
Nō dubito multos reperiri & mille p̄cantes,
Sed flecti precibus fata seuera negant
At qui pertransis nostrū quandoq; sepulchrū
Dic mihi sit requies, sit leuis vrna p̄cor
Et vos o iuuenes quosquos sine crimine amaui
Inferias nobis soluite virgineas
Spargite humū violis ornate & floribus agri
Cūq; rosis tumbam lilia pulchra tegant
Nouerit hic florem teneramq; iacere puellam
Si quē castus amor si q; puella premīt
Henrici Bebelij poetę laureati pro
virgine iusta soluētis Epigramma,
Has tibi p̄solui virgo pulcherrima laudes
Bebelius cupiens reddere posse vicem
Que solita es tocies cūctas de pectore curas
Pellere defessi tristitiaq; grauis

Ad Mariam

Suauiloquoq; melo resonanti & carmine, p̄ que
Confuelisti cūctos exhylarare viros
Ex Blaubirensi ipso die Gorgonij. M.D.II.

H. Bebelij poetę laureati carmen ad Mariam
virginē castissimam contra pestem.
Vnica lapsorū spes & medicina malorū
Virgo beata dei mater & hospiciū
Tu pia tu clemens tu mitis amabilis; vna
Desolatorū: cura: patrona: salus:
Iam defende tuū seruū cū pestilis aura
Inficit innumeros & sine fine viros
Tūc succurre mihi cū extremus lectulus egrū
Occupat: vt p̄sto sit mihi spes q̄ fides
Ne nostris (soliti vt sunt) obuersentur ocellis
Mille truces animę tartareiq; canes
Enumerētq; meas sordes scelerūq; malorū
Spurcitiās: quibus expes cecidisse solet
Quin potius facie sis p̄sens virgo serena
Hinc spes atq; fides, hinc venit alma salus
Incercede simul p̄ me cum spiritus iste
Liquerit hos artus & calor omnis abit
Iratum tu flecte deum cū iudicis ille
Sumpserit officiū & triste pegit opus
Qui merui (fateor) peccando in valle p̄funda
Mergier: auxiliū si mihi virgo negas
Si faceres: esses mihi sola dira nouerca
Que pia cunctorū mater adesse soles.
Ex pago Yetenbruck ipso die Mauritiij. M.D.II.
Tetrastichon ad eandē virginem
Vna salus hominū virgo succurre cadenti
Demona pelle procul quicquid & ima colit
Flecte tuos ad me precor o pietatis ocellos
Sistat vbi irati iudicis ante pedes.

Epigrammatū.

Epitaphiū Ioachimi Humellij phīę doctoris acutissi:
per H. Bebelium Iusting. æditum .

Intima qui triplicis sophiæ penetralia adiuit
Nouerat & magno cū Cicerone loqui
Qui latię linguæ interpretis tersissimus vnus
Expulsor fœdę barbarię q̄ fuit .
Hūc modo surripuit Ioachimū lurida pestis
Pestis, proh raris insidiosa viris.
At bene q̄d tabem hanc contemnit candida virtus
Viuerē que semper nomīa nostra facit.

Ad Optimū maximum deum Oratio.

Christe gubernator sup̄ū : mūdiq̄ caduci
Ob delicta hominū qui mortis agona tulisti
Hinc tua mors tristis mea sit p̄tectio Christe
Nec p̄cor e grege me secernas : quos miseratus
Pectore clemēti duxisti ad regna supna
Nam mihi (non credam) q̄ solī victricus adsis
Qui peccatorū (doleant) misereris ad vnū
Qui licet in vita peccamīa mille pegi
Dū tamen est animus sanus : spes nulla misellū
Linquere debēbit : bene sperantem neq̄ linquas
Christe pater, qui latronē dignaris amicū.
Ast hominū si cūcta quidē peccata requiras
Tutus erit nemo : hinc nisi sis mitissimus, actū est.

n

Ad Clarissimum atq; disertissimū virum Mattheum
Lang Sūmę ecclesię Augustensis prepositū, & Maxi-
miliani Romanorę regis Secretariū cubiculariū,
Saphicū Henrici Bebelij Iustingēsis poetę
Promusa,

Musa quę quondam venerata grācis
Colle Cirrheo atq; Heliconis antro
Post diu multum latijs in oris
 Conspicienda
Teuthonas fylvas tunica vetella
Lustrat hoc quo : timidoq; gressu
Hospitem quęrens peregrina in vrbe
 Exulis instar
Inuenit tandem bonitate prisca
Te poetarum facilem patronum
Inq; Germanis imitantem Ethrusto
 Sanguine natum
Docta regales aditare turbas
Quando migravit patrijs ab oris
Namq; Romanis ducibus recepta; &
 Culta benigne
Et sub Augusto caput eleuauit
Namq; Mecœnas fuerat patronus
Alter Augustus clarij furoris
 Vnicus author
Non secus nostram petitura terram
Regis ad sacram properauit aulam
Tenta clementer : tamen expautes
 Exerit alas
De ministrorum dubitans fauore
Neue mansuetum dominum reflectant
Langius donec trepidę indicatus
 Regis amicus

Epigrammatū.

Dotibus rari ingenij, beatus.
Mitis, humanus, placidus, benignus
Corporis forma superans venustum
Bellerophonta

Atq; Germanus vocitandus ipse
Iure Mecœnas, sapias quid amnis
Pegasi potis tribuat, quid affert
Musa colenti

Musa quapropter pede concitato
Ad tuos tendit faciles penates
Suscipe hæc laudes dabit, hæc honores
Et decus ingens

Nec meos tandem teneros furores
Temne sacrarū columen fororum
Hij meę sunt o veneratōnis
Pignus in eū.

Ad eundem Mattheū Lang prepositū Augustensem
& secretariū regiū, Epistola H. Bebelij Iustingensis.

n Vmquē instituissem apud me amplissime vir, te
adire & salutare tam exilibus nugis, immaturis
risq; ingenij mei primitijs, nisi memorię pditū
esse a vetustate animaduertissem, vel deos ipsos non
tam accuratis adorantium ꝑcibus, quam innocēcia &
sanctitate letari gratior emq; existimari, qui delubris
eorū puram castāq; mentem, quā qui meditatū carmē
intulerit. Itaq; cum sis omnis litteraturę cōsultissimus,
neq; in vllō virtutis genere cuiquam inferior, persuas-
si omnino mihi, te animi mei candorem et simplicitate-
tem, tanti facturum, quanti tortuosas Chrysippi
argumētationes, ampullosasq; Didymi grammaticī
sylvas, dū tecum pēsitabis, ne vt aliquid veneratōnis

n ij

Epistola.

& obseruatię monumentū in te cōferem, vel discrimi-
ne fame subiturū: oībusq; inuidorū obrectatiōibus,
nasutisq; litteratoribus mei calūniandi ansam p̄bere
paratissimū, dum nō quantū deceat te, sed quantū de
me prestare valeā huc attuleri. Suscipe igit̄ vir p̄stan-
tissime serena fronte hoc mythicon tibi nominatim
dedicatū, q̄d primo Ioānes Boccatus Hethrusco ser-
mone prodidit, p̄ ostmodo Philippus Beroaldus vir
eruditissimus prosa orōne transtulit latinitatq; dona-
uit. Ego postremus numeris p̄strixi, nō q̄d post tantū
virū sicuti est Beroaldus aliq̄d cultius elegātiusq; ex
n̄ra officina p̄diturū existimē, sed q̄d p̄spectū habeā,
amatorias res, expeditiōesq; illas leuiusculas atq; cupi-
dineas, plus afficere solere anios hoīm, p̄ poeticas
effictiones, carminūq; delicias, quam solutis verbis.
Adde plerosq; & maiorem litteratorū partem adeo
delectari carmibus, teste Sedulio, vt quicq̄d rhetori-
cę faciēdię pellegūt, negligentius assequātur, quoniā
illud haud diligāt, quod aut̄ versuum viderit blandis
mēto mellitū, tanta cordis auuiditate suscipiunt, vt in
alta mēoria sepius hęc iterando cōstituunt ac reponāt,
Tibi igitur potissimū cōsecrauimus, vt cū sis feriatas
a grauissimis curis, amplissimisq; regaliū rez occupa-
tiōibus exoneratus, animū tuū rudioribus hīs nugis
oblectas, & quodam veluti pabulo reficias, in summa
cum nihil agere voles, hoc pellegito. Vale germane
Meccenas, & me deditissimū tibi mancipiū cōmēdatū
habeto, Ex Tubinga octauo idus Maias, M. D. I.

Elegia.

Elegidium paraneticū Henrici Bebelij Iustingensis
Ad religiosę vitę viros, vanitatibus omnibus relictis
vt studeant virtuti & sapientię.

Iam venit illa dies proh turpia secula, quo nos
Destituisse iuuat moribus a patrijs
Pectore de quorū fluxit virtutis imago
Phœbus & armisonę dona verenda deę
Imprimis patres quos claustra monastica tentant
Sudabant studijs nocte dieq; bonis
Quos virtutis amor vitę spreuisse prophanas
Illecebras docuit pompiferumq; caput
Munera iam nullus curat diuina sophiæ
Atq; prophetarū mystica nemo legit
Est pudor vt credo, sacras tractare lituras
Fit reliquis odio quę studia ista premunt
Corrige peruersos prefecte monastice mores
Et rege subiectos cum ratione tuos
Tu tamen in primis sis doctus et omnibus vnum
Exemplar, sic te rite sequentur oues
Fac relegant fratres diuini byblia Mosis
Inuigilent donis, pulchra sophia, tuis
Virtuti primum reddet quę sola beatos
Nec tanti fiat ambiciosus honor
Et semper fugiant calices & dulcia musta
Gaudia fac ventris deposuisse velint
Oenophoro pudor est amplum cumulasse cucullum
Pinguibus atq; toris prandia sola sequi
Vt faciunt quidam nec casta volumina patrum
Tangunt, quos cerebro & mente carere puto
Corrige funestos prefecte monastice mores
Et rege subiectos cum ratione tuos
Gaudia sectari desistite lubrica mundi
Estis vos mundo mortua turba vago

Sit procul a vobis Veneris maefana libido
Liuor edax abfit, fit procul omne nephaf
Proftibulas multi reiefta vefte fequuntur
Aeternũ maneat quos tenebrofa fpecus
Corrige funeftos pfecte monaftice mores
Et rege fubieftos cum ratione tuos
Tu cum in primis abbas fit equus, & ifum
Te, monachum memora, & rite fequuntur oues
Cenobium vagus haud fugias & munia fratrum
Vt pollis vita liberiore frui
Vndiq; nec thermas nec fufpectasq; latebras
Accedas, turpe aut congregiere lupę
Nam perit inde dei cultus, vel regula morum
Excidit & claufis religionis amor
Murmura de hinc fratrum, furgit difcordia, rerum
Nobilium euertrix, & pietatis opus
Non ego vos patres fulgenda palatia, turres
Conftituxiffe velim diuitiasq; leues
Nobile at hofpitiũ natę de vertice patris
Pallados, hoc tineis preda negata manet
Hoc caries timuit, fugit hoc annofa vetuftas
Hoc duce celeftes ingrediẽre domos
Sunt etiam plures canibus quos atq; caballis
Sollicitare feras vnica cura trahat
Nullus amor ftudij librorum copia nulla
Bybliotheca nigro commaculata fitu
Sit precor o patres prifcę veftra emula vitę
Relligio & patrum moribus ingenuis
Et fapiant prifcum veftigia veftra faporem
Sic virtus precio fic erit alma fides
Exemplo & caueant veftro peccare minores
Nil magis exemplo namq; mouere folet,
FINIS.

Eegia.

Elegia Henrici Bebelij Iustingensis in sacerdotes :
vt discant sacram scripturam dimissis cæteris mundi
vanitatibus.

Disce sacros libros Christo deuote sacerdos
Mystica sit fidei noscere cura tibi
Pellege que moneat diuino carmine Moses
Verbigenumq; iubar, pontificumq; libri
Instruere vt possis populum, quo tramite pergens
Scandat in æternas stelliferasq; domos
Pasce tuos agnos cælestis nectare dulci
Doctrinæ, & fidei sana alimenta dato
Nam si triste lupus stabulis disperferit agnos
His comes accedas regna tremenda stygis
Disce sacros libros Christo deuote sacerdos
Mystica sit fidei noscere cura tibi
Nec precor admittas, vrentes pectora nūmi
Detineant studium possideantq; tuum
Nummi quos releuent potius per inania venti
Quam perdant animam progeniemq; dei
Disce sacros libros Christo deuote sacerdos
Mystica sit fidei noscere cura tibi
Sed fuge mortiferæ Veneris mollissima castra
Nec stultum meretrix imperiosa regat
Huius item comites fugias periuria, rixas,
Ebrietasq; procul, cedat & omne nephas
Disce sacros libros Christo deuote sacerdos
Mystica sit fidei noscere cura tibi
Nec te sollicitent summis in montibus vrſi
Et vos aeris ruricolæ q; feræ
Prohpudor at frustra vigilate tempora noctis
Præferimus sceleri diuitijsq; sacris
Preteriere diu fœlicia sæcula quando
Diuitijs virtus charior ipsa fuit n iij

Quis precor ex illa turba non vicus abundat
Tristibus obscœnis, cessit ad astra pudor
Quem non inuenies auidumq; Simonis iniqui
Discipulum, hydropis more sitimus opes
Iam sibi quisq; legit dominam, seu forte magistram
Quę paret & mensam, prouideatq; torum
Cum matutinas deberent psallere laudes
Ad Cyathum & Venerem carmina fœda canunt
Tunc epulisq; vacant genialibus atq; sepulti
Et Cerere inmodica vitiferoq; deo
Atq; coronatos conuiuia lauta parantes
Conspicies, abeat sanus adesse volens
His nihil est actum, presens nisi amica sit vsq;
Quę cratera paret pocula plena bibens
Itur & in Venerem mollis post Cypris in omne
Hos trahit ipsa nephas quos sacer ornat honos
Sunt quos nulla p̄mat cura, inuigilasse libellis
Et tria vix farı verba latina queunt
Illi hinnire suos p̄ florida prata caballos
Malunt scripturis quam posuisse opam
Quos cinxisse iuuat saltus indagine multa
Vndiq; & hos sequitur sedula turba canum
Nisus & Accipiter maiori in honore tenentur
Byblia quam veterum, quã monumēta patrũ
Parcere debebunt multa probitate verenda
Turba sacerdotum, carpore quero malos
Non dubito multos reperiri & mille probatos
Ad laudes quor; nulla camœna facit
Carpimus infandum scelus, & cui vita profana est
Nil mihi vobiscum quos sacra vita beat
FINIS,

Elegia.

Cur malis nōnūq̄ et indoctis, melius succedat quam
bonis & doctis. Elegus Henrici Bebelij Iustingēsis
Ad laudatāz artiū p̄fessorē, Ioannem Aphrontinum
Cantharopolitanū vulgo Achtzenit nominatum.

Aphrontine bonos inter numerande sodales
Et mihi theseo semp amore sacer.
Miraris p̄bitas cur sit despecta, nocentes
Eleuet & mūdus vel dea cęca magis
Gratia destituit vel quos tollant in altū
Et quorū ingeniū nulla minerua fouet
Atq̄ homines docti nullo dignētur honore
Et iaceat virtus sub pedibusq̄ Plato
Accipe quid moneā, nō sim tibi sordidus author
Hęc fuit erroris maxima causa sophis
Democritus cū Protagora; Gargeticus author
Nil curare deos & Theodorus ait
Aspexere eteni tanta caligine volui
Res hominū toties & variare vices
Prohdolor atq̄ diu scelerū florere mistros
Impietas quorū pectora dura tenet
Contra, cōtemni multa virtute p̄batos
Vexariq̄ pios deprimierq̄ bonos
Hi non ex nichilo inducti sunt numina cęli
Tollere : quos lumē iusticię latuit
At nos lustrati meliori sidere : multo
Altius ingredimur mystica sacra dei
Impius ille quidē & nullo dignandus olympo
Diripit heu fluidi vilia dona boni
Proposita ad iustis nullo delenda sub euo
Gaudia : quę supant quicqd in orbe iuuat
Sed quod ad indoctos multus defertur honorū
Candor : & egregios naufraga Syrtis agat

Munera sunt diuū vario distincta lapillo
Et vario splendent pectora nostra deo
Nam nihil ex omni numero dat esse beatū
Mortalisq; boni claudicat omne decus
Ille nitet formę donis quę pulchra venustat
Cęsaries : Genio qui solet esse rudi
Molliter ingremio multos Rhamnusia fouit
Ingeniū quorū nulla camœna colit
Sed quos illustrat sancto foelicius astrū
Ingenio , turpes sepe negauit opes

FINIS

Henricus Iustingēsis, Alexandro Brum Cantharopo-
litanę plebis ecclesiastico Pastori, S. D.

I celeri cursu mea spes mea musula dulcis
Vrbis Cantharicę mœnia celsa petas
Flauus vbi cultos foecundat Neccharus agros
Nec sine me timeas : excipiere libens
Hic duo prestanti florent virtutis honore
Quos fouet atq; Helicon Pegasus q; liquor
Primus Alexander , quę cura premit gregis ampla
Catholici , huic dicas , sit tibi multa salus
Hęc eadē referas tibi cū Carbonius alter
Offerē : simul his seruitiūq; tuū
At nec Alexandrū metuas pegrina puella
Mansio sit secū & hospitiūq; tuū
Cūq; fores adeas iam sis in limine musa
Maxima spes vatis talia verba refer
O mihi post nullos homines venerande sodalis
O mihi post nullos tu recinende viros
Cū nequeat vates (quía sunt obstacula multa)
Ipse venire : tuos atq; adisse lares
Me misit ppere : neq; sim tibi vilior hospes
Charius in toto meq; habet orbe nihil

Epigrammata.

Hæc quoq; mādauit paucis. sed multa pr̄hendūt
(Blandiri exhorret; fallere & ipse nequit)
Sit tibi q̄dcūq; ingenij est q̄dcūq; minerue:
Cōmune: atq; vsq; quicq; habere potest
Iussit & in primis q̄uis sis doctior ipso
Ut mandes calamo que placuere tibi
Si pōtis: exequit: in se mora non erit vlla
Sis socios inter semper habende, vale,
FINIS

Saphicū de laudibus Bacchi. oīm curarū medici letis
cieq; parētis. q̄d Cracouię adolescētulus cōposui.

Bacche florenti decorate thyrsō
Ipse pallentem foueas poetam
Pallados quē mox Cytherea coget
Linquere castra
Ipse nocturnas studiij lucernas
Vertit inquestus miserō cupido
Credo q̄d raram teneat quietem
Pallor amantū
Solutus ex omni numero dierum
Tetricos nescis animos Catonis
Tuq; curarū medicus salubris
Gaudia pr̄fers
Cordis vrentes pater ipse curas
Pellis ex te tristitiā fugarunt
Quos premunt seuē vigilesq; curę: &
Ardor habendi
Sepe vel sortis miserę lyco
Immemor paup; quatit ecce terram
Latus ambobus pedibus; soluto
Pectore gaudens.

De Bachi Ladi.

Rura vel quisquis fodit inquietus
Ciuitas raro veniens ad eades
Lentus abscedit titubante gressu
 Visere natos
Doctior nullus sibi tunc putatur
Socrates cedat : quibus & vetustas
Contulit palmā sapiente vena
 Ingeniorum
Nosse vult regum celebres triūphos
Et quibus terris furiosa Martis
Signa tollent : nitida atq; pax sit
 Omnia nouit
Sepe languenti positus cubili
Peste vel multū calida laborans
Maslico tristes pepulisse fertur
 Mente dolores
Solutus hic vnus miseris amantes
Rite solatur veneratus amplis
Cantharis : solū sibi vult litari
 Haustibus amplis.
Pellego interdū faciles poetas
Sepe vel multo sophiam labore
Non iuuat quicq; Cecropis Minerue
 Cast ra sequentem
Solutus o pulsans Erycis parentem
Bacche : fumanti calidus phalerno
Cogor absentis memor esse cure
 Pelle dolores
Semper absenti crutior puella
Ignis accensus nimium recusat
Reprimi : heu vatū monumēta nūq;
 Vulnera sanant
Nec iuuat q; sim gelidis in oris
Sarmatis terre pcul a Sueuis

Timor
Post
Post d
Quo
Tri
ad lo
Sal
Dil
Din
Eft
M
B
Quid
V
Sunt
Et
Bac
Tel
Suf
Et
Plus
C
Nū
Ir
Qua
P
Diui
En

Epigrammata.

Temnit a nobis stipula fruenti
Pellier ignis
Post licet plaustris gelidos triones
Post domos solis fugias vtrasque
Quo velis pgas, amor inquietus
Vsq; sequetur. FINIS

Tria sunt que impediunt studium nostrum. Epigramma H. Be:
ad Ioannem Koesler Gysslingensem sacerdotem.

Salve post nullos Kessler venerande sodales
Diligo quem cordis dexteritate mera
Diuitis ingenij tibi sit cum maxima vena
Et faueat Phœbus Thespiadumque chorus
Miror cur numquam mittas tua carmina vati
Bebelio, hec eadem qui pbat atque colit
Quid cause quero, non sum tibi vilis amicus
Ut reor, ad votum & turba nouena fluit
Sunt tria que tardant (vt nos docuere vetusti)
Et studium nostrum Belligeramque deam
Bacchus, & in primis funesta pecunia, gnati
Tela sagittiferi nec nocitura parum
Suspikor at veneris numquam te signa secutum
Et Bromio dulci composuisse modum
Plus æquo caueas cruciantes pectora nummi
Detineant studium possideantque tuum
Nummi quos releuent potius per inania venti
Insciantque freto diuitiasque Mide
Quam nostro posuit depellere corde Mineruam
Pluris sit Phœbus Pyerium que nemus
Diuitior Crasso, si non inglorius ipse
Emoriar, nummi sit procul omne nephas

o

Epigrammata.

In quosdam poetas laureatos, qui ne verum quidem
nouerūt cōponere, Ad Leonardū Clemētē Vlmēsem
sacerdotem. Epigramma Bebelij.

Quondam Pyerides grācis habitasse sub aruis
Et gelidos fontes syluicolasq; domos
Quis iam miretur, cum largas Teuthonis orbis
In pagis foueat plus Heliconis aquas
Vt fileam reliquos quos fama obscurior ad nos
Detulerat nūq; & qui latuistis adhuc
Iam pridem clemens sanis auctoribus ipse
Laudaris, patrię fama decusq; tuę
Clemens phębigenas multū celebrate p artes
Et nemoris cultor ruricolę q; casę
Viue tibi soli, & castis impende lucernas
Musellis, mundi sordeat omne lucrū
Scribe aliquid, sed scribe mihi solatia p̄bens
Cum videam musis parta trophęa rapi
Laurus enī quondam resonantis fortia regum
Bella caput cinxit, sed tamen ante ducis
Nūc datur his quos non vllus p̄flauit Apollo
Quos modus Aonius deserit atq; lyra
Et modo Cygnorū titulos & nomina corui
Asciscunt, raucos dent licet vsq; sonos
Est tamē hęc regis bonitas, vt puocet omnes
Ingenio cultos palladis arma sequi
At tu p̄claros inter memorande poetas
Vel cum ruricolis Cygne sonore canas

In laudem Terentianę lectōnis Ad iuuētutē germa-
nā epigrāma prius p̄peram ip̄pressum,
Huc ades emūcto quisquis sermone nitere
Expetis, & caste verba latina loqui
Huc ades, & culti crebro monumēta Terenti
Pellege, facundus quo duce semper eris

Sospite
Nauis
Quodsi
Exp
Quid d
Con
Lenon
Qu
Cuiusq
Vip
Person
Comit
Nonego
Per q
Vros d
Galle
Sed pi
Bar
Verba
Exu
Regie
Tere
Vt file
Del
Solut
Vo
Hinc cu
Am
At reor
Tem
Vel qui
Conf

Epigrammata.

Sospite quo nūq̄ timuit Romana loquela
Naufragium, nūq̄ sentiet exitium
Quod si Mnemosyne latijs habitaret in aruis
Exprimeret nostrū hunc, comica et esse petet
Quid deceat iuuenes, canē quē verba senectē
Conueniant, iuuenes discere rite queūt
Lenonis fraudes fugies, meretricis & astus
Quos simul & seruus struxerit arte dolos
Cuiusq̄ etatis mores & vita notatur
Ut possis vitam dirigere ipse tuam
Personet in triujs precor o Germana iuuentus
Comicus hic passim, hunc vestra palęstra canat
Non ego pmittam posthac spreuisse poetas
Per quos virtutis discitur omne decus
Ut vos decipiāt triuialis grāmata petri, &
Gallus Alexander barbara verba vomens
Sed pigeat dudū tetrīs latuisse sub antris
Barbariē, quis nūc verba disertā placent
Verba diserta quibus scabra rubigine lingue
Exuta placeat, lector amice vale
In regulum auiculā tpe frigido &
hyemali cantantem,
Regule parue ales partu genuisse sinistro
Te reor alecto, sub phlegetontis aquis
Ut fileant cūctæ volucres sub frigore brumę
Deliteat q̄ suo vel genus omne specu
Solutus ad innumerōs numeros modulātia fundis
Voceq̄ multifona gaudia multa refer s
Hinc cur rex volucrū possis vel iure vocari
Ambigo, cū minimus corpus inermē geras
At reor alituū cū sis durissimus ipse
Tempore quod gelido gaudia solus habes
Vel qui appellauit Parcas quod parcere nulli
Consuerint, nomen regule parue dedit o ij

Epigrammata.

In eum qui sine scientia solo titulo et gradu dignatis
supbiebat.

Tu qui doctoris sumis tibi stēmata magni
Desine, cum foueat nulla Minerua caput
Stulta est in solo titulo atq; insignibus altis
Gloria, si rerum pondera deficient.
Quippe miser rex si nullo dominabere regno
Quis non derideat nomen inane ducis
Sic tu cui gelidam spirant præcordia lethen
Pomposum fugias nomen habere rudis

Epigramma ad somnum, quando laborauī dysenteria
Basileæ āno, M. CCCC, LXXXVIII, tpe caniculari.

Somme quies rerum multis optate querelis
Cur profugus lectum spernis adire meum
Proh dolor hesperio dū mergitur æquore phœbus
Et gelidæ phœbes cornua plena micant
Dum placidum somnū capiunt animalia cuncta
Dum pauide vulpes antra subire solent
Omne genus volucrū querna super arbore sopit
Tu philomela canis gaudia multa ferens
Solus ego crebros cogor pferre dolores
Perpetuos gemitus pectora nostra trahunt
Tunc dolor, & morbi subeunt, phantasmata torrent
Nocte atra in somnē, cor mihi triste gemit
Pono ventris onus decies currensq; recurrens
Merda rudis torquet sanguine sparsa rudi
Nec requies vnq; poterit mea membra subire
Delphice seu splendes siue Diana foror
Dulcis amice veni cunctis placidissime somne
Mordaci curæ tu medicina, salus

Epigrammata.

Ad Summū deum oratio

O pater alme deus natus de virgine pura
Maximus & summus rector in arce poli
Tu pietate tua nostros auerte dolores
Ante sacras aras tura Sabæa feram
Nec meminisse velis si quo tua numina lesi
Quo merito paterer fulmina iusta Iouis
Sed miserere ꝑcor. cui solus honos miserendi
Et proprium semper. respice me miserum
Sit torsisse satis. subeat Crux illa benigna
Qua nobis miseris parta suprema salus

Ad dominum meum Hartmannum de Eptingen.

Accipias Hartmanne precor quā tristia passus
Et patiar iusto non patienda viro
Consule quid faciam. nostrę spes vnica vitæ
Te sine crede mihi spes mihi nulla foret o iij

Hymni.

Sequuntur quidam hymni, H. B.
De gloriosissimo milite & martyre Georgio.
hymnus saphicus

Strenuū athlete canimus triūphos
Militis Christi, faueas superne
Arbiter vati, pariter canende
Tuq; Georgi
Herculem gentes taceant pphang
Atq; vel fortes Macedū tyrannos
Extulit si quos Cecropisq; tellus
Romulidūq;
Glorię tales studuere vanę
In sua extincti quoq; vanitate
Militauit sed domino salutis
Hic meus vni
Ille terrenis opibus fugatis
Spreuit imundi preciūq; mundi
Et magistratus celebres, & amplos
Tempfit honores
Regię cum Cappadocum fuisset
Stirpis, et fœlix ditionis ample
Rector, at Christum dñm secutus
Cuncta reliquit
Miles et Christi fidei q; factus
Impios contra gladiū tyrannos
Strinxit in templis simulachra diuū
Vndiq; rumpens
Hic Palestinam domino fauente
Fortis et toruū subigit draconem
Regiam quādo cuperet puellam
Perdere crudus
Vnde ter centum et numero carētes
Ad fidem versi populi fuerunt

Hymni.

Cum prius serpens hominũ voraret
Millia multa

Pauca quid narro gloriose martir
Qui tuas laudes cupit explicare
Gestit hic vasti bibulas arenas
Noscere ponti

Namq; dum cuncti famuli fideles
Territi pœnis grauibus silerent
Ne rotis, furcis, crucibus darentur
Discrucianti

Solus ex omni numero tyrannos
Impios inter varias q; pœna
Fortiter nomen domini p̄fessus
Inter & enses

Hostis ex diri legione multa
Faucibus rapta sub ouile patris
Tu necis tandem, superos adisti
Munia passus

Iamq; cū Christo emeritus triũphans
Milites, huius miserere mundi
Bella post carnis valeamus omnes
Scandere cœlum

De sc̄tã Anna saphicon hendecasyllabõ tetraastrophõ
cum adonico dimetro, et canit̄ sicut martiris Christi
(colimus

Anna reginẽ Marię polorum
Mater, immensis titulis decora
Sanctitatis conspicuę q; vitę
Clara triumphis

Te sacram cunctę venerabilem q;
Nationes & celebrant beatam
Namq; rectoris superum parentem
Ventre tulisti

Hymni.

Ecce mortales varijs fatigant
Te prece & votis mulier sacrata
Gestiunt cuncti cecinisse laudes
Dicere & hymnū
Rebus afflictis vocitaris Anna
Ingruit quicquid homini timendum
Atq; funestum venerandę asylum
Querimus Anne
Nunciant quando nebulę nigrantes
Luridam pestem trepido popello
Eripis cunctos tibi seruiētes
Mente fideli
Obsecro in cunctis facilem periclis
Præbeas tete miseris cateruis
Nec sinas tantam periisse de te
Spem bene captam
Sis apud natam simul & nepotem
Semper affestrix scelerum refertis
Ut queant tandem veniam mereri
Regnaq; cæli
De sancta Barbara ode saphica endecasillaba tetra-
strophæ cum adonico canitur sicut vita sanctorum de
sancto Michahele.

Barbarę laudes resonet quotannis
Christianorū populus fidelis
Atq; solennem celebrate lucem
Virginis omnes
Castitas illi superumq; cura
Integri mores probitasq; simplex
Tota tum cælum meruit q; vita
Criminis expers
Sedulo quisquis veneratur illam
Ture vel paruo litat angelorum

Pane num
M
Illa celest
Grata rec
Atq; deu
A
Virgo d
Impetra
Exitu vit
V
Hymnus
Sit deo tri
Sit salus m
Te
Hymnus
beate Vir
laxis vel
Virginis
Qua die
Rite con
Cr
Oprens
Coelicis
Genibus
V
Te fene
Te colit
Tepien
F
Clamita
Te sacra
Atq; cum
C

Hymni.

Pane numq̄ destituetur, atq̄
Mortis agone

Illa cælestum meritis opimis
Grata rectori meruit clientes
Atq̄ deuotos rapere ex periclis

Atq̄ tueri

Virgo delicta o nimium tonanti
Impetra humano generi salutem
Exitu vite mereamur omnes

Visere Christum

Hymnus & laudes decus & potestas
Sit deo trino pariter q̄ et vno
Sit salus mundo fidei q̄ candor

Tempus in omne

Hymnus saphicus hendecasyllabus in sanctissimam
beatę Virginis cõceptionē, qui canitur sicut Vt queāt
laxis vel lite confessor.

Virginis festum celebremus omnes
Qua die primum genitricis alio
Rite concepta & fuerat, parentum

Criminis expers

O parens salue superi tonantis
Cœlicis turbis veneranda mater
Gentibus cunctis merito colenda

Virgo beata

Te senes matrem celebrant disertis
Te colit mitis iuuenum caterua
Te pię matres pariter q̄ laudat

Pulchra puella

Clamitant omnes famuli fideles
Te sacram puram macula carentem
Atq̄ cum primum ex vtero parentis

Concipereris p

Hymni.

Impius cedat temerarius q̄
Virginis sanctę fideiq̄ cultor
Qui tibi labem voluit nephandus
Pingere primam
Despice in terram generosa proles
Et graues iā iam miserare casus
Quos tulit mundus scelerū refertus
Spes miserorum
Orphani magnum viduęq̄ asilum
Atq̄ pregnantum facilis patrona
Desinant vanę celebrare gentes
Festa Dianę
Sola peccantes animo benigno
Deferis numq̄ veniam petentes
Non potes quicquam famulo negare
Te veneranti
Mitiga Christū genitum precamur
Parcat vt nobis miseris fatemur
Grande delictum totiens patrasse
Crimine pleni
Sed pijs virgo precibus remulce
Iudicem iustum, morimur nephandi
Ni velis nobis veniam impetrare
O mediatrix
Dulcis & clemens pia virgo cunctis
Ferto delicti cumulo grauatis
Nunc opem tecū capiant perennis
Gaudia vite

Ad diuū Thomā Apostolū, Hymnus saphicus H. B.
Iustingē, qui sibi eundē aplm et patronū elegit.

Cæteri vates celebrent Mineruę
Virginis laudes, Bromiumq̄ lætum

Delphici
C
Innocent
Castali fo
Nuper e
T
Sint pro
Absit a
Demoni
S
At mihi fa
Primus est
Iure sacrat
C
Inter o ma
Maximus
Tu mihi
I
Obuius
Semper
Impetra
Te
Semitas pr
Pelle tend
Præsidem
O
Nuper vt
Vortice
Crederis
T

Hymni.

Delphici laudes Epidauriūq;
Carminē sacro

Innocent multis precibus sorores
Castali fontis grauibus plicati
Nuper exorsis, valeat vetustas
Talia curans

Sint procul vani simulachra phœbi
Absit a nobis chorus impiorum
Demonū quosquos coluere patres
Supplice ture

At mihi sanctos memorandus inter
Primus est Thomas, mihi singulari
Iure sacrandus, mihi singulari
Cultus amore

Inter o magnus famulos Iesu
Maximus nobis celebrere Thoma
Tu mihi musæ mihi sis Apollo
Iuppiter ad sis

Obuius nobis grauibus periclis
Semper occurras miseris asilum
Impetra pacem, veniam, salutem
Te veneranti

Semitas presens comitare Thoma
Pelle tendentem insidias auerni
Præsident nostris vigilem ruinis
Omnibus horis

Nuper vt me me fluuij rapacis
Vortice imersum eripuisse presens
Crederis, sepe eripuisse mestum &
Tristia flentem

p ij

Hymni.

Non tamen iam iam cecinisse conor
Signa vel miracula magna Thome
Grande que cunctis peterent volumen
Facta sub oris

Contionatus populis ab ortu
Perfidi, Hircanis, tua verba Medi et
Parthus audiuit, simul vrbs Edessa
Facta fidelis

Barbaras gentes labor inquietus
Impij Idoli famulas vocari
Ad fidem, Thome merita explicabit
Quis precor vnus ?

Qui minas regum nihili estimando
Solis in templo simulachra rumpis
Nomine in Christi, a miseris fugando
Demonas hostes

Plura quid dicam fidei columna
Carceris labem, tulit & caminum
Ignibus plenum, gladio q̄ pectus
Fossus acuto

Morte perpeffa meritis opimis
Cælicas taugens habitationes
Semper assistis domino salutis
Sancte patrone

At sacrum corpus retinens Edessa
Ture non paruo veneratur vsq̄
Omnibus tete vocitando votis
Atq̄ periclis

Ipse sed tandem faueas poete
Qui tuas laudes cupit ampliare
Corde syncero, mihi cum negetur
Victima pinguis,

FINIS M, CCCC, XC, IX.

Epigrammata. a

Epigrāma H. Bebelij in Albertum magnū Suevum
omniū recte philosophātium principem.

Cedite philosophi, quos græcia iactat alūnos
Extulit & si quos Itala terra suos
Quos longe Albertus vicit merito polyphemus
Gloria Suevorum Teutoniciq; soli
Par decus ingenij nec fas sperare nepotes
Hic nouit quicquid tota sophia docet

Ad nobilem et egregiū virū Vitū de furst iuriscōsul-
tissimum saphicon H. B.

Vite doctorū columen virorum
Admodum letor tibi contigisse
Ingeni dotes quibus ipse ferris
Clarus in orbe
Nobilis quod sis proavis vetustis
Non tibi laudum titulos reportas.
Iure sed longos proavos ad astra
Tollere debes
Corporis formam tribuit venustam
Sidus & mores veneris benignum
Sunt fatis quas diuitias retentas
At peritura
Forma mortalis, fragilis, caduca est
Febre quæ pauca reliquisue morbis
Deperit, ceu flos viridi sub agro
Tactus aratro
Omnia vt vites inimica amate
Corporis formę, veniet bacillo
Tristis, informis, speciosa carpens
Cuncta senectus

p iij

Laudo doctrinis faciāsse claris
Pectoris tete docilis penetral
Iure quas possis propria æstimare
 Cōmoda vitę
Que tuum nūcq̃ comites fideles
Deferunt callem variū per orbem
Fida spes viuīs. comitatur vsq̃
 Tristia fata
Ciuici iuris specimen disertum
Atq̃ nodosos canonas resoluis
Qui sapis priscam sophiam. Platona
 Cumq̃ magistro
Castalis lymphas perhibent probati
Te viri larga bibitasse fauce
Te quoq̃ argutam cytharam caballi
 Tangere plectro
Faris & Marcum Cicerona nostro
Ore. plus multo lacia camœna
Principi charus modo Marchioni
 Ipse senator
Nec meos spernas tenuis poetę
Simplici fusos modulos moneta
Non mihi phœbus furiosus œstro
 Pectora pulsat
Sponte sed nobis Genius ministrat
Impetus. quosquos animo benigno
Pellegas. fiunt veteres in annos
 Pignus amoris
 In Iosbartū mathematicum
 & pseudopphetam.
Si Iosbarte potes superum dignoscere mentes
 Consilia & noris tristitięq̃ stygis
Cumane vt vulgus perhibet secreta Sibyllę
 Nosti Tiresię vaticinata simul

Epigrammata.

Tu Petosiris ades vel es astrologus q̄ Thrasyllus
Præfagis populo quæq̄ futura poli
Grandinis ipse furor segetis populator opime
Tempore quo immineat nimbiferiq̄ noti
Vitiferos colles quæ sit pressura pruina
Bella ducum narras tristia quæq̄ ferens
Si tam sanctus ades qui cum dij nocte loquuntur
O Iosbarte precor dicere pauca velis
Cur tam claudus eas? cur tam infirmasq̄ columnas
Corporis, augurio non reparare potes
Quid tibi tam turpis quid debet trita lacerna?
Tam laceras tunicas nemo propheta habuit
Vah curare finas caelestia sidera diuos
Vaticinare togam firmaq̄ crura tibi
Velle cui intendant Babilonij & augur Hetruscus
Scire vel Armenij vana supersticio est
Stultus & ante pedes quod habes nescire fateris
Et superum nulli cognita facta refers

FINIS.

Epitaphiũ Illustriss. principis Ebrardi senioris ducis
Vuirtenbergensis, quod ad tumbam eius positum est,
per H. Bebeliũ cõpositũ, anno M. CCCC. XC. VI.

Qui fueram quondam Sueuorum gloria prima
Hac iaceo tristi contumulatus humo
Ceruigere genti merui virtute ducatum
Signiferum imperij Cæsar & esse dedit
Martis opus tractans non victus ab hostibus vllis
Suntq̄ procul pulsi quos scelera atra fouent
Pacis at in primis studiosus tristia bella
Teuthonicis pepuli sæpius ipse plagis
Relligionis amans, templum hoc fundasse iurabat
Hic vbi post obitum corpus inane cubet.

FINIS.

p iij

Epigrammata.
De laudibus eiusdem apud Tumbam.

Aspice fatorum seriem quicumque viator
Tendis ad hanc tumbam, quia mors non abstinet ullis
Terricolis, iacet hic Ebrardus preda lacertis
Eheu Sueuorum columen, qui pacis amator
Mars erat in bellis, Ithacus sermone disertus
Pectore et Alcides superans gravitate Catona
Te alter mecenatas summo dilexit amore
O quem religio traxit vel castra Minerue
Ad diuam Virginem pro
 principe defuncto
Virgo per æternum summo dilecta tonanti
Atque per ethereos o veneranda choros
Vnica peccantium spes atque salus miserorum
 Manibus Ebrardi confer ad astra viam

In funus Burchardi de Randeck equitis aurati fortissimi:

Sueuia nobilium semper fecunda virorum
 Ah lachrymas quantas funder e iure potes
Qui strauit toties, hostes victricibus armis
 Nobilitatis honos militiæque decus
Transfoditur ferro ex Randeck Burchardus acuto
 At pro iusticia, iusticieque duce
Alpicole sensere truces quam fortis in hostes
 Surget et, hostili sepe cruore madens
At tandem cecidit sed non inglorius, orbem
 Cuius fama replet non peritura cito
Nobilium laus pro patria est cecidisse sub armis,
 Non potuit fato candidiore mori
Quod si pensari celo benefacta merentur
 Iustius ad superos scandere nemo queat

Epigrammata.

Epitaphiū Ioannis de furst nobilis occisi a Suiceris;

Si bene rettulit in diuos veneranda vetustas
Hunc qui pro patria vulnera seua tulit
Iustius in cœlum nullus conscenderit vnq̃
Quam tu Ioannes nobilitatis honos
Cui probitas placuit, iusti reuerentior alter
Nec pietate prior, quē sacra virgo beet

Epitaphium Barbarę filię d. Martini vranij iuricons
(sultiff.

Hic ego quę iaceo direpta virentibus annis
Barbara non quinas vixeram olympiadas
Vnica spes patris nimium dilecta marito
Heulachrymas quantas mater amata dabit
At quę securo pede (fors confisa iuuentę)
Carpis iter nurus o fata sinistra caue
Ignoras etenim incolumis quid vespere Parce
Inuectent, certam vix tenet hora fidem
Mane quidem viridis, veluti flos tactus aratro
Nunc trahor in cineres, hospita terra vale.

Aliud Epigramma

Si probitas, virtus, ætas & candida forma
Flectere parcarum pensa seuera darent
Immortalis eram, sed mors nil talia curans
Me rapuit, ridens vota caduca hominũ.

Epitaphiū doctoris Io. Mōsch

Quem modo virtutes cinxerunt agmine facto
Hoc celebris doctor mesch iacet in tumulo
Epitaphiū Gabrielis Byel Theologor̃
suo tempore monarchę.

Cui modo vix Itali similem vel Gręcia mater
Repperit, hac Gabriel contumulatus humo est

Epigrammata.

Cedite philosophi quos tollit ad astra vetustas
Vos tenebrę comites, deuia curua tenent
Sed meus hic plano monstrauit tramite verum
Inuentasse, vnũ nouit adire deum
Scilicet hoc viuo didicit Germania, quicquid
Nouit Aristoteles, doctiloquusq; Plato
Epicoedion infunere doctoris
Galtheri de Vernia.

Rebus in humanis quã sit spes omnis inanis
Quã sinat & firmum fors violenta nihil;
Aspice securo quisquis pede degis in orbe
Fors iam lætaris cras eris ipse nihil
Elatis nimium quod cesses fidererebus
Hoc Galthere tuus cõprobat interitus
Qui modo sublimi profers monumenta cathedra
Pagina quid doceat, quid facer ipse deus
Obstrusas nosti sopherie penetrare medullas
Callebas quicquid docta Minerva docet
Quẽ probitas morũ, vitęq; modestia sanctis
Aequauit, nũmi nec tenet vlla fames
Nunc sine voce iacens nũq; reuocandus abisti
Heu quis non posset morte dolere tua
Si lachrymis vdis possit tua vita reuerti
Perpetuos gemitus pectora nostra darent
Sed cum fata vocat nequicq; questibus auras
Pulfas, mortiferę stant rata fila deæ
Et mors equali pede regibus atq; misellis
Imminet, & cunctis inijcit illa manus
Sensit enim lætum proles vesana Philippi
Pellei, et Macedum magnanimiq; duces
Quos tremuit tellus omni sub sole reposta
Thetijos, et quicquid vltima terra ligat
Sarcophago paruo clauduntur fortia regum
Corpora, nobilitas proderit ipsa nihil

Epigrammata

Proderit heu nihilum Crasso numero sus in arca
Nūmus, et a prisco ducere nomen auo
Philosophos, vates, dryides, rauosq; sophistas
Mors rapit, & pullis nigra triumphat equis
Horrescat finem quicquid sub sidere lunę
Spirat, et in cineres soluitur omne genus
Qua propter tumidis noli confidere rebus
Instabilis metuas lubrica dona deæ
Viue memor læti seruans precepta tonantis
In te ne Ditis pœna perennis eat.
Epitaphiũ eiusdem sepulti in
Tubingen apud minores.

Claudimur hac parua doctor Galtherus in vrna
Nobilis ex atauis ipse Sycamber eram
Tu quisquis nostrum calcas quandoq; sepulchrum
Dicere non dubites, sit tibi sancta quies
Non mihi mater adest dulcis quę funera curet
Auxilio patris destituor q; mei
Qui fleat obcasum non est mihi frater acerbum
Aduena sum, nobis nullus amicus adest
Confiteor toties veterum monumenta relegi
Et didici quicquid pagina sacra docet
Sed trahor in cineres, gelidi sum præda sepulchri
Spero tamen propere mente videre deum
Dilige virtutem facit hæc te sola beatum
Cætera sunt fraudes quęq; sub orbe colis

In exilium Iosbarti pseudoprophete
Quam bene cõueniunt tecum Iosbarte sacrorum
Fata prophetarum conditioq; eadem
Gens hebręa suos multum sine crimine vates
Persequitur, sic te nec fauor vllus habet
Hi tamen occisi insontes, tu crimine plenus
Urbe Tubingensi pelleris ecce procul.

Epigrammata.

Ad Mortales de Premeditatione mortis, quam nemo
euadere potest cuiuscūq; conditionis fuerit.

Elegia H. Bebelij

Aspice mortalis quam sit fiducia mentis
Irrita pomposę, spes tua vana ruit
Gloria vana hominū, vani sunt orbis honores
Pompa sub hoc mundo vana, caduca cito
Rumpitur & transit, quicquid sub sidere lunę
Spirat, & in cineres soluitur omnis homo
Spes soli seruire deo, sunt cętera fraudes
Dilige virtutes iusticiam q; cole
Hęc tibi dant requiem veram, dant gaudia certa
Angelicos cęli dant coluisse choros
Aspice mortalis quā mors discrimine nullo
Imperitet iuueni cū vetulisc; pigris
Lege sub equali pauper vel Perfidis omnes
Diuitię subeunt fata tremenda necis
Nec genus aut quemq; virtus a morte redemit
Aut facies Paridis vel probitatis honos
Magnus Alexander cecidit, fortissimus Hector
Nec Larisseus tutus Achilles erat
Morte coactus abis pede velocissime lada
Orpheus & Socrates cūq; Platone cadunt
Sic perit immundi clarissima gloria mundi
Et tm̄ saluus qui bene vixit erit
Aspice mortalis presentia busta iacentum
Quid valeat fastus diuitię q; vide
Arida comperies exhaustis ossa medullis
Fidere quid possis ipse videre potes
Pyramides regum, media & de plebe iacentum
Busta lacertę habitant, ossaq; & exta vorant
I nunc & tumida incedas ceruice superbus
Fastidi populum pauperiemq; grauem

Patrios
Cern

Virgo d
Chr
Nam si
Qu

Barbara
Virgo
Sis custos
Fac

Anna d
Qu
Sub pe
Pelle

Qui cupi
Luci
Hic tibi
Vrb
Quod si
Liu

Ah mi
In don

Epigrammata.

Patricios atq; agricolas discrimine dic quo?
Cernis? nos choream hanc cogimur isse simul

Ad Virginem Tetrastichon.

Virgo decus cœli domina orbis, spes miserorum
Christum fac mi tem sentiat omnis homo
Nam si tu a nobis oculos auerteris, euheu
Quis dabit auxilium spem quoq; (nemo) reo

Tetrastichon ad sanctam Barbaram.

Barbara cœlicolum specimen, charissima Christi
Virgo, quę vacuas non finis esse preces
Sis custos vitę, & quo tu donata, salutis
Fac videam patrem, cum calor omnis abít

Tetrastichon ad sanctam Annam

Anna decus mundi, cœlestis gloria turme
Quę paris auroram soliferam q; deam
Sub pedibus quasians cunctas cum demone laruas
Pelle procul quicquid pectus ad ima trahit.

FINIS

Laus Lucij florí historici elegantissimi

Qui cupis in paucis versari & multa vider e
Lucius hoc florus exhibiturus adest
Hic tibi Romanas acies & prælia dicet
Vrbis, quę gręca & barbara tela domat
Quod si terfiloquę traheris dulcedine lingue
Liuus hic alter vix Cicerone minor

Conquestio in auarítiam puellarũ
quod nemo nisi diues ametur.

Ah miseros iuuenes quibus est nõ ampla supellex
In domibus, sed quos bella puella premit q

Preteriere diu fœlicia sæcula quando
Charior argento mentula dura fuit
Iam iam prostibule nullum (nisi sacculus ingens
Sit comes) ardebunt auriferi q̄ Midę
Nec doctrina valet. Plato sis doctissimus ipse
Si careas nūmis. cogeris ire foras
Pelleris a foribus. si quando intrabis. amice
Atria. carnificem. si det. amare solent
Nec genus aut quemq̄ virtus in amore iuuabit
Queritur imprimis diues an esset inops

. S S S .

Eata sequar lætus tetricę dum nostra sorores
Stamina deducant. pulchra agasina vale.
H. B.

In laudē Lactantiј Firmiani omniū ecclesiasticorum
scriptorum eloquentissimi. Hexastichon H. Bebelij.

Hic qui priscorum sectas Lactantius omnes
Arguit. & carpit que docuere sopheri
Huius ab ore fluit lacialis suada loquela
Christicolę vocitant quem Cicerona suum
Par decus eloquiј nec fas sperare nepotes
Quos fouet alma fides. fouit et ante viros.
Ad doctorem Hieronymū de Croaria
iurisconsultissimum.

Vnicum nostre specimen palestre
Vnicum iuris decus & monarcha
Bartolum & siquos coluit vetustas
Cedere cogis

Optime tractas Ciceronis arma
Optime calles numeros Maronis
Optime nosti veteres libellos
Historicorum

Si quis
Quisqu
Si quis
Si quis
Si quis
Si quis
Nostra
Hunccc
Quemq̄
In Zoile
tamenle
Zoile d
Qu
Atq̄ tu
Om
In numer
Etib
Tu Flaco
Tam
Scribere
Et q
Omni
Info
Ah te ip
In ph
Cornua
Duri
Experier
Pactu

Epigrammata

Si quis & veram sopheriam celebrat
Quisquis & sacros relegit prophetas
Si quis & cunctos studio nitentes

Vnice honorat

Si quis & tantę fidei est amator
Si quis & summa grauitate pollet
Si quis & iustum colit atq; honorat

Simplicitatem

Nostra te talem recinit Thalia
Huncce te semper merito vocabo
Quemq; virtutes comitantur omnes
Agmine facto

In Zoilum raucum qui cum sit indoctissimus, pfiteer
tamen se poetam,

Zoile doctiloquos solitus carpisse poetas
Quos fouet & Phœbus Pyerius q; chorus
Atq; tuos toties solitus tempisse magistros
Omnibus insultans quos sacra Pallas amat

In numero vatum stultissime dicier optas
Et tibi iam titulos sumis inepte novos

Tu Flaccum laudas miraris carmina vatum
Tamq; mellifluo sis Helicone fatus

Scribere clericulis cum vix exponere possis
Et qui cum beta noueris alpha parum

Omnibus in triuijs rauco fœdissimus ore
Infontem oblatras me lacerasq; virum

Ah te imprudentem perstes lesisse poetas
In pharetra quorum spicula mille latent

Cornua mille geras, tu sis cornutus & vsq;
Durior & cornu sis licet ipse lapis

Experiere tamen musas effringere doctas
Pectus barbaricum cornigerumq; caput

q ij

Vtq; omnis mihi sit vindictę dempta facultas
Pyerides vires & sua tela dabunt,

De Laude et vtilitate poetices et seclariũ lřarę, cõtra
indoctos q̄sdam sacerdotes rauosq; sophistas,

Elegia H. B.

Cedite paganos qui dissuadetis a selli
Christicolis libros pyeriamq; Chelyn
Cedite barbarici quorum precordia lethę
Spirant, infausto sidere nata cohors
Stridula qui circum (capti popularibus auris)
Compita cursantes, temnitis omne decus
Dicitis, atq; palam rugata fronte sonantes
Sint procul a vobis ethnica scripta viri
Ethnica scripta quidem pestis vesana malorum
Quę vos virtutes dedoceant q; fidem
Infundum erudiunt scelus, & fomenta prophanis
Existunt vitijs, exitiumq; animę
Quod si prisce artes plausum contemnere vulgi
Iure queant, phœbi fatidicusq; calor
Nemo tamen quisq; media de plebe creatus
Est adeo, diuę vel rationis inops
Quin si non falsum velit hic examen inire
Et bene librata lance rependat opus
Protinus assurgat laudes cantare sororum
Et studium celebret quod coluistis aui
Illic inuenies quid sit fecisse decorum
Quoq; sit ætherei mitior ira dei
Limes honestatis quis sit, quo fine beatum
Dirigitur, vel quę sit q; norma boni
Quid decor & ratio poscat, quantumq; propinquis
Largiri & patrię conueniat q; patri
Quid quod ad omne genus virtutis pectora nostra
Formantur sophia carminibusq; sacris

Elegia.

Acrius in vitium scelerosaq; crimina prisca
Insurgunt, luxum verba diserta domant
Quid plura accipies vetitum execrarier vsq;
Et quicquid mentes ducere ad ima solet
Hec reuocant ad temperiem vel tristis egestas
Quicquid auaricie, suadet & ipsa Venus
At fateor quedam frontis non esse seuerę
Scripta, nec a Christi gente legenda velim
Non tamen iccirco virtutis idonea spernas
Pocula, que redolent nectar et ambrosiam
Virgo rosas lectat rigidis de sentibus, & nos
Optima carpemus dulcia & instar apıs
Optima scripta quidem possunt corrumpere mentem
Illius ad vitium qui studiosus erit
Sumpserit historias si quos primordia mundi
Cantantes, & quas pagina sacra probat
Instruit hic animũ lessei crimine vatis
Dum legitur, nimius vel Salomonis amor
Stupraq; natarum tragico vomitanda cothurno
Dum madet immodico Loth pater ille mero
Quod si perlustrat, quicquid fudistis Athenę
Ipse frequens lector, queq; latina schola
Comperit in dubio multum prodesse poetas
Et quos palliolum & hispida barba tegit,

Laus litterarũ contra diuitias
Fidere non nimium volui regnis opibusq;
Que variare mihi que libet hora pot est
Hęc nutriunt curas, mentes faciuntq; molestas
Que mihi diripiat raptor vbicq; latet
Maxima spes mihi sunt diuinę Pallados artes
Quasq; sacris fidibus flauus Apollo canit
Ignis edax non has, poterint auferre vel vnde
Liuor iners non has, tempora nulla valent q iij

Hę stabileſ ſemper, quemq; nec morte relinquunt
Tollere quas nũq; predo ſceleſte potes

Sotericon in Michaelē Cocciniũ phię magiſtrũ,
auditorē ſuum Viennā concedentem

Pegaſides muſæ vatum venerabile numen
Iam date Coccinio proſperitatis iter
Sidera cui cœli faueant fauſtiſſima, latis
Excipiant q; auibus, dum parat ire viam
Namq; Alemānoꝝ poſtq; migratiſ in antra
Caſtaliuſq; rigat Sueuica rura liquor
Hic cœpit iuuenis tetricę invigilare Minerę
Muſicano q; choro nocte dieq; vacat
Inq; tuiſ caſtris adeo eſt iam Phœbe peritus
Miles, & Aonię tangere pleçtra lyre
Ponere vt emeritę muſarum præmia poſſit
Militię, & claro ſoluere vota deo
Et vos o ſuperi cœleſtia regna tenentes
Iam veſtro auxilio pergat amicus iter
Ille petiturus vrbes ſeptemplicis Iſtri
Nec char ei linquet pulchra fluentia vadi
Et tu fide deis, hiſ ſunt quia cura poete
Namq; deum vates myſtica ſacra canunt
Viue vale, & fidos inter numerande ſodales
O mihi, dum nobis vita ſuperſtes erit

In Antoniũ Rhauſenſem monachũ Lactātiõꝝ
maſtigē, hoc eſt, calūniator em Lactantiũ

Tu qui Lactanci carpiſ doctiſſima ſcripta
Antoni indocto barbarico q; ſtilo
Hoc tua te nũq; docuit confeſſio, famam
Alteriuſ nigra cõmaculaſſe nota

Epigrammata;

Psallere debebas Dauidis amabile carmen
Et miserere mei vox tua rauca sonet
At si sic placuit nomen quęsisse perenne
Nec tibi posteritas hęc monumenta dabit
Vt flauam contra tendas sus ipse Mineruam
Ipater . elleboro & ablue sepe caput

Querimōia puellarū in Luciferū q̄ gręce phosphorus
(dicitur

Phosphore æternę dator & minister
Lucis . & noctis nebulas opacas
Atq; funestas remouens tenebras
Lumine claro

Cur diem velox properas olympto
Reddere . heu nostris inimice votis
Dum meos artus Agasina tangens
Gaudia confert

Cogitur tete veniente plorans
Linquere amplexus gemebunda n̄ros
Lucidos ignes remorare solis
Sidere pigro

Tu puellarum inuidiosa stella
Seperans euheu miseros amantes
Sæpe te contra referunt puellæ
Impia verba

Definit per te requies amantum
Definit per te requies laborum
Definit per te requies aratri &
Ruricularum

Perdidit per te requiem viator
Perdidit per te requiemq; pastor
Perdidit per te requiem volucris
Quadrupedesq;

Incipit per te tolerare duras
Pectoris curas hominum caterua
Incipit dulcem refugare somnum
Pulchra puella
Ergo lucentem remorare solem
Dum duos noris recubare amantes
Crede se iungens cupidas puellas
Ense necabis

Tetrastichon ad sanctum apostolum Thomam

Inter apostolicam turbam sanctissime Thoma
Qui vacuas serui non sinis esse preces
Te duce fac miseri possint vitare pericla
Et vite, & mortis, teq; perenne sequi.
FINIS

Elegia H.
artium cō
loannem
gymnasti
Eximios
Ona
Quod no
Scrib
Et soler a
Namq
Rem facis
Acq; sa
Nam cum e
Inzandu
Nulla tam
Illius
Quod si r
Diuit
Omne ma
Inult
Prestabat q
Cum P
Cum non d
Ipse loc
Cana fides
Stabat
Tunc vigi
Inq; su
Pontificum
Et capre
Nullum cri
Aurum

Contra Simoniacos.

Elegia H. Bebelij Iustingensis, Ad oïum laudatarum
artium cōsultissimū virum & patronum singularem
Ioannem nauclerum Tubingensis ecclesie prepositū
gymnasijq; cancellarium in Simoniacos.

Eximios inter cunctis memorande diebus
O nauclere viros & probitatis honos
Quod non suscepta est per te prouincia, rerum
Scribere sacrarum de ambitione librum
Et solet a nostris nunc illa simonia dici
Namq; Simon sceleris hic magus author erat
Rem facis imprimis dignam, nec laude carentem
Atq; sacerdoti iure cauenda mones
Nam cum dira lues viciorum regnet in orbe
Infandumq; scelus agmine cuncta trahat
Nulla tamen maior pestis, vefania nulla
Illius exuperat, impietatis opus
Quod si non fallar si sim non sordidus author
Diuitie pingues hoc peperere malum
Omne malum nobis funesta pecunia primū
Intulit, & sortis luxuriantis opes
Prestabat quondam castos ecclesia mores
Cum Petrus in summa sede regebat inops
Cum non dum marmor crustataq; tecta ferebat
Ipse locus templi, gēmiferaq; trabes
Cana fides mundo viguit, cum paupere cultu
Stabat in exigua ferreus æde calix
Tunc viguit virtus, tunc nos Astræa colebat
Inq; suo precio docta Minerua fuit
Pontificum at postq; paupertas sobria cessit
Et capiat luxus quos sacer ornat honos
Nullum crimen abest, facinusq; cupidinis, atq;
Aurum omnes pulsa iam pietate colunt

Elegia.

Victa fugit bonitas, aurum veneramur in orbe
Auro lex cessit, mox sine lege pudor
Auro pulsa fides, auro caelestia dona
Mercamur, tanta est ambitiosa fames
At sunt iam plures qui iusta vocabula turpi
Prædunt sceleri, & talia verba vomunt
Emptor ego non sum, sed munus munere penso
Sic homines lufos credit & ipse deos
Stulte quid insanis? Christus speculatur ab alto
Singula corda hominũ, fallier atq; nequit
Mortales circũuolitans simul omnia Pluto
Defert æterno cælicolũmq; deo
Et tristes queritur mores, & debita poscit
Supplicia, o miseris quos scelera atra tenent
Iudicij extremi memores estote fideles
Ne vos præcipites naufraga Syrtis agat.

FINIS

Elegia extẽpãlis H.B. in mortẽ nobilis et p̃stãtissimi
viri Hartmãni de Eptingẽ Canonici Basiliensis,

Plangite pyerides nunc mecum plangite musæ
Et tristi plangat flauus Apollo lyra
Ille etenim Hartmãnus vestris depastus in hortis
Qui coluit vates fouit & vsq; pios
Concidit, & tepidi factus iam præda sepulchri
Ah miseris nobis qualis amicus erat
Hic mihi meccenas fuit, hic spes vnica vati.
Ille parens alter, totus amicus erat
Quem semel aspicerem soleo liquisse Sueuos
Sole sub ardenti Raurica tecta petens
At simul vt fessum vatem Basilea recepit
Inuenio dominum mortis adisse viam
Oh ego quos gemitus que nam suspiria mixtis
Cum lachrymis dederam, fletibus ora rigans

Atq; fidem mox inclamaui hominūq; deumq;
Insultans morti mortifereq; deæ
Immansueta cohors, quid vos iniustius inquam
Quas ressecare iuuat nobile quicquid erit
Nam si virtutes quemq; fecisse perennem
Atq; animus posset fortis & egregius
O parçē immites nūq; disrumpere fila
In manibus vestris tam licuisset enim
Sed frustra querimur, nūq; lamenta dolores
Tollunt, & rident nescia vota deę
At mihi dilectus siquid deliquit amicus
Impetra veniam virgo sacrata poli
Nam si tu a nobis oculos auerteris, euheu
Occidimus miseri nec medicina subest

Epitaphium eiusdem Hartmanni
Eptingense genus iacet hac Hartmannus in vrna
Nobilitatis honos cecropię q; deę
Siquem virtutes siquem doctissima Pallas
Cum probitate pium ducere ad astra solent
Illius ad superos erit acceptissimus omnes
Aduentus, faueas cui pia virgo poli,

Ex Basilea M. D. festo Magdalene. r ij

Epigrammata.
Saphicon in mortem Henrici Bebel
senioris qui obiit in peste año M,CCCC,XC,V.

Hoc auus noster recubat sepulchro
Bebel Henricus, miseris benignus
Quem tulit canum furibunda pestis
Impia cunctis
Pestis heu grassans regione Sueua
Strangulans sanctos toleras nefandos
Integro non tu poteris scelesti,
Parcere patri
Qui suam duxit probitate vitam
Iustus & clemens, pietate pollens
Dignus ut viuat superas per auras
Tempus in omne,
Disce mortalis petitura mundo
Cuncta fallaci, nihil & futurum
Semper æternum, pereunt in hora
Gaudia mundi
Tardius nunc fluidis quam lymphis
Transeunt anni, volucrisque vita
Corporis nostri fugit & venustas
Otioreuro
Horridę mortis memor ipse prudens
Esto, que semper truculenta cunctis
Imminet, fies morituro manes
Puluis & vmbra
Hęc rapit matres iuuenes senesque
Abstinet nullo genito sub ore
Pauperes, regum & simili reuisat
Atria more
Eximet nec te proauum vetusta
Claritas, tutum faciet ve virtus

Morte q
In
Attralor q
Nex Gy
Profui
Non
Intege
Cultor
Ergo di
Nimen
Astrape
Contra
Quid
O
Quis
Deq
Quid
Pro
Dedec
D
Tunc
Pe
Scitis
Pr
Turpi
Et

Epigrammata.

Morte quin dura subeas Auernę

Limina mortis

Attalo nūq̄ preciosa vestis

Nec Gygi Lido numerosus archa

Profuit nūmus, subeuntq̄ legem

Omnibus vnam

Non Aristides potuit fugare

Integer lathum, Numa vel deorum

Cultor, & constans animus Catonis

Cedite morti

Ergo diuinum precibus remulce

Numen, ignoscat scelere aggrauatis

Astra post mortem petiturus adsis

Chare viator

Contra meretricem singulis detractantem

Quid vos o fratres meretrix fœdissima turbat

Opprobrio linguę denteq̄ vipereo

Quis precor edoceat coruos cecinisse suaue

Deq̄ suo cantu noscitur omnis auis

Quid mihi si de me referant preclara latrones

Proderit, aut Verres vel Catilina nepos

Dedecus est prauis, vt nos docuer e sophorum

Dogmata, laudari vel placuisse malis

Tunc tua laus agitur cum displicuisse videris

Peruersęq̄ lupę zelotypoq̄ seni

Scitis enim cuncti quam vulgatissima cunctis

Presbyteris meretrix sit, cupidisq̄ procis

Turpis, auara, salax, lasciua, petulca, bilinguis,

Et qua nil phœbus peius in orbe videt

x iij

Parēnesis Bebeliana ad iuuentutem ne prauis mulieribus nimium credat.

Fidere non nimium iubeo cirrata iuuentus
Virginibus pulchris fœmineoq; choro
Verba puellarum vento leuiora feruntur
Optima iam. nouit fallere siqua virum. est
Hoc doceo male præceptor delusus ab illis
Dum mihi vel fœlix dumq; beatus eram
Sed tu qui nostris gaudes de casibus oro
Ne tibi contingant vel mage dura caute
Namq; ego dum afflictis olim insultasse solebam
Nunc trahor in pœnam risus et ipse alijs.

Contra Zelotypum.

Nescio quid de me tu cornicaris inepte
Presbyteros. canum verba pudica decent
Ilia rumpuntur tibi cum mea nomina cernis
Surgere. vel doctum fama referre solet
Atq; meam laudem ducis tibi dedecus esse
Dum solus clarum nomen habere cupis
Atq; apud agricolas solus vis esse propheta
Quicquid & in toto discitur orbe sapis
Viribus & totis me deprimis ipse poetam
Sæpius & forsan non bona verba refers
At mihi si credis. vis scropha laceffere doctam
Pallada. quem laudant teutoniceq; scholę
Non me gloriolę. non me rumusculus audax
Ignare plebis sollicitare solet
Tu studeas. cuius vel corruptissima libra est
Vulgo. nec durans lausq; caduca breui
Me raris placuisse viris iuuat. est quibus acre
Iudicium. vnde mihi fama perennis erit

Epigrammata.

Contra eundem

Qui tibi doctiloquos suavit læsisse poetas
Zelotype, o fani non fuit ille animi
Hostis enim vatium, o quantis lacerabere plagis
Tela parata quidem semper habere solent
In triuis passim cur me mordere solebas
Speras me læsum posse tacere diu
Sum placidus, fidus, suavis fautoribus ipse
Iura sodalitiij nec violare tenax
Insuper infestus nimiũq; remittere durus
Hostibus offensam, qui pharetratus eo
Lædere si posthac quẽq; vis sancte sacerdos
Huncq; remorsurum premeditare precor

Sapphicon endecasyllabõ tetrastrrophõ cum adonico

Ad Philomelam auiculam musicam

Defere hybernas philomela rupes
Sit satis nido accubuisse tetro
Cuncta iam florent, viridesq; summo
Vertice montes
Floridos pandit modo sylua ramos
Et solo flores redolent olentes
Fertiles promit segetes colono
Frugifer annus
En aues aspris varię rubetis
Concitant dulces modulando cantus
Te vocat cornix pperans inertes
Aedere voces
Te nemus plaudit veniente vastum
Omnis arbuſto residens in alto
Conticet mox te resonante mirans
Penniger ales

r iiij

Te iuuat tota cecinisse luce
Definis nūq̄ reparando vires
Dum nigre cælum tenebre recondūt
Plectra mouebas
Cætere phœbi radijs chorusci
Integrant tantū modulos sonantes
Sūma nidorum trepidę subintrant
Nocte silentes
Fulgidum aut solis iubar expauentes
Delitent atris alię cauernis
Dira sed tm̄ gelidıs sub astris
Om̄ina cantant
Ergo componas numeros tonantes
Leni & adfıs ruricolę susurro
Sola quę cunctas placido volucres
Carmine vincıs
Candidi guttur superas oloris
Qui colens ripam Eridani rapacıs
Dulce plus equo moribundus ardet
Pangere murmur
Cedat ast Orpheus cythara sonora
Regna qua Ditis nebulosa visit
Plausibus complens stygios lacusq̄
Lucis egentes
Dat triumphum luscinię decore
Lesbij vatis lyra sat canora
Quę feris iunxit lepores molossıs
Fœdere pacto
Hinc velis diuis celebranda musıs
Collibus belle sonuisse apricis
Quos p̄mit frauis sopor. vt quiescāt
Gramine fusi
Ex gymnasio Cracouiensi M, CCCC, XC, II;

Epigrammata,

Ex gymnasio Crocaviensi M. CCCC, XC, II, de eodē

Sarmata me vidit prima luisse camœna
Hoc presens carmen principiumq; fuit
Cum quaterent me me febres sine fine tementem
Solamen dederat tunc philomela mihi

Epitaphiū Ioānis Hiller theologi & canonici Stutgar.

Quem probitas quem cana fides quē cinxit honestū
Qui tenuit quicquid pagina sacra docet
Hiller Ioannes tumulo requiescit in illo
Sīt precor huic requies in regione poli

Distichon de fortunę potentia
Omnibus humanis si vult conatibus obstat
Sor's vaga, cunctorum & irrita vota facit

In Lurfum sacerdotem detractorem pessimum

Inuide cunctorum cupiens discerpere famam
Lurfe, quid in quēq; tetra venena vomis?
Nonne sacre rabido mortales carpere morfu
Præcipiunt leges? Lurfe nefande negant
Quid memorem leges suadet rudis illa vetustas
Non alij inferri quod tibi nolueris
Num te Socratica? aut diui præcepta Platonis
Erudiunt? Cicero doctiloquus ue docet
Nūquid Aristoteles, toto celebratus in orbe
Alterius famam rodere? Lurfe negant
Quid tibi philosophos referam, nam singula nescis
Inscius ah tractas verba sacrata dei
Tu tamen indoctus ignarus iners & ineptus
Latras in doctos verba maligna viros

Epigrammata.

Quis te pfidior, quis te temerarior alter
Aut quis te inuidior o rabiose canis ?
Tartareas infans vndas cum lacte parentis
Hauisti, hanc rabiem non nisi Pluto dedit
Scabida testatur facies liuore resperfa
Inuidiã color hic oculuisse nequit
Sed respisce precor mordacem cõprime linguam
Anguifere discas munera pulchra deę
Non cum blandicijs, cū fraudibus, ore pudendo.
Sed studio ingenuo nomen ad astra feres
At si more tuo pergis mordere canina
Fauce, tibi eueniant nubila fata precor
Spicula te ledant torquet que magnus Apollo
Pro sue te figat Delia setigero
More Licambeo mœstus tua guttura stringat
Funis, & immitis deuoret ossa lupus
Vltra aut caucaseas vectus cum turbine rupes
Infano, Scythię frigora dura feras
Illic annosæ producas tempora vitæ
Post Acherontes mœste aditurus aquas.

In Claram Lurfam sororem Lurfi pessimam

Clara Charibdeis Scylleę ferocior vndis
Getulam superans & feritate Leam
Credo tuam prolem fatis ab origine natam
Innocuos vexet, tollat adastra malos
Quicquid agis, loqueris, vigilans seu nocte quiescēs
Inquemq; iactas murmura seua virum
Quicquid & in tota factum sit & vrbe futurum
Tisiphones ductu vaticinaris atrox
Nec miseros torfisse sat est, vefania suadet
Cerberreo sanctos dilacerare sono

Epigrammata.

Crede regat mundum celesti rector in arce
Pro meritis cuius præmia iusta ferens
Altera post tumulum teneas sit vita futura
Corpore nec cuncta deperitura simul
Et pius & iustus celsum conscendat olympum
Nec sine vindicta facta scelesti ferens
Sed nebulosa Iouis nigri tibi regna petenda
Perpetuos gemitus hic sine fine dabis

In Lusum Lursum filium Lurfæ

Lusce bonos odiens mores, imitaris auitos
Inuidiam biberas matris ab vberibus,
Garrula cur gestit cunctorum carpere famam
Lingua? nec a doctis abstinuisse potes?
Cur rudis ingenio? que te dementia coepit
Artes ingenuas discere spernis iners
Cur tua Carmani resonat vox instar aselli
Dulcius aut ululat cur ferus ipse lupus?
Lumine cur quemuis obliquo conspicias? ac si
Funis carnificis te tenuisset heri
Cur tam deformis quod te nec simia vincat
Horrendum monstrum tu Cacus alter eris
Cur nil laude facis dignum, per singula turpis
Pelle sub agnina pectora vulpis habes
In promptu causa est peperit Phlegetontis ad vndam
Te de tartareo torua Megera cane
Hinc est cur mores, cur cantus, vita, loquela
Sint turpes, quicquam nec nisi turpe facis,
Ex Scheklingen oppido M.CCCC.XC.IX.

Distichon pulcherrimum de se
Lima velut ferrum sic aduersarius vrgens
Nos acuit, virtus languit hoste carens,

Epigrammata.

Epitaphiū Catharinę vxoris quōdā Ioannis Carbonij
bonarū artiū mgrī, āno M,CCCC,XC,VII,a Bebelio
(æditū

Quid iuuat o tantas mortales condere cista
Diuitias? mellis quo horrea tanta struunt?
Fidere qui possis formę? flauis q; capillis?
Quid speras longos viuere posse dies?
O genus ignarum vix te lux crastina cernet
Rebus in humanis spes tua cuncta ruit
Haud vllas portabis opes ad inania regna
Vmbrarum, nude conspiciendus abis
Illa ego quę fueram Carboni olim Catharina
Vxor Ioannis, visa beata mihi
Namq; iuuenca fui, & multis mea forma placebat
Nec probitatis honos defuit ipse mihi
Proh dolor o matres partu dum foeta laboro
Cum nata extremum clausimus ecce diem
Sed doleo imprimis quod non sis nata superstes
O vitę & letho quem dedit vna dies
Effet ad elysias vmbras mihi dulce parentem
Pergere, quod posthac ipsa futura socrus
Sed Parcę prohibent, & ineuitabile fatum
Te vocat, & mecum non reuocanda fugis
Fletō meos casus grauida es quęcūq; futura
Fœmina, & hos miseros te timuisse decet
Abscedo, & me omnis mortalis homelle sequeris
Nec tutus quisq; est, hospita terra vale,
FINIS.

Oratio Henrici Bebelij poetę. De vtilitate latinítatis,
et quę res faciat pueros eloquentes & doctos. habita
in studio Tubingensi in principio Bucolicorum Ver-
gilij Anno M.D.III. XIII. kl̄as Nouembres.

Interpretaturus Bucolica Vergiliana o litterarū
rię expeditionis cōmilítones studiosíssimí. non
putaui incōgruū fore quędā. de eloquētię atq;
latinítatis vtilitate concionari. contra eos litteratores.
quí p̄fricata fronte om̄iq; deposito pudore. in angulis
audent tm̄ cūctis studiosis bonū vellicare. inq; publicā
oim artíū colūnam atq; diuersoriū. eloquētiā scilicet
mullitare. sūt aut̄ ij̄ rudes quidē et illitterati p̄cēnitus.
quí audent damnare id qđ non nouerūt. & despícere
id. quod in se quid habeat vel cōmodi vel detrímenti.
mellis aut fellis p̄cēnitus ignorāt. & tales (vt ait Hiero-
nymus) qui ignorantes quid audiāt. quid loquantur.
de eo audent iudicare. quod nesciūt. et ante despiciūt
quā p̄bēt. eruditosq; se estimāt et disertos. si de cūctis
scriptoribus detrahant. At vbi malus iudex (vt est in
proverbio) ibi peruersa sentētia. Vnde nō minus vere
q; eleganter dixit Fabius. fœlices esse artes. si de his
foli artifices iudicarēt. De cōmoditate igít et vtilitate
linguę latinę. quę item res eloquentes faciat homines
vel impediāt. quo minus docti & disertí euadamus
dicturus. nō velím vos iā expectare o auditores lōgā
orōnē. de p̄stantia & nobilitate rhetorices atq; poetice.
longis rationibus. argumētatiōibusq; firmatā. q̄niam
exactis annis sep̄ius id exhibuimus. in exordio vide-
licet sermonū Horatij. vbi lōgo p̄borū cōtextu. lōgisq;
sc̄tōrū simul et phōrū testimonijs p̄bauimus nostratia
studia. esse. vt necessaria pueris. ita decora et vtilíssa
om̄i etati. quādo itē suscepimus laureū fertū. plura de
p̄stantia et vtilitate poetices et eloquentię in magna

doctorum et scholasticorum corona decantauimus. Sepe itē
alias cū interpretabor, Lactantium, Quintum Curtiū,
L. Florū, Iustinū, oratorem Ciceronis et nōnulla alia
eiusdē opa. Itē Persiū, Iuuenalē aliosq; nōnullos autho-
res copiose et pro virili pte, nostratia studia ab ipitorum
iniuria atq; calumnijs vindicauimus. Nūc tandē nihil
aliud restat dicendū, nisi paucis p̄suasiōibus authorū
q; testimonijs liquidissime ostēdere, eloquētīā et tersā
latinitatē summe esse necessaria oībus cuiuscūq; disci-
plinę studiosis. Primū itaq; stulti mihi vidēt, qui volūt
esse vt ipsi loquunt̄. Artistę hoc est artium tractatores
artiūq; periti, sine grāmatica et rhetorica, cū et hę iter
artes liberales vel precipue sint habēde. At si vis esse
grāmaticus, opus est vt sis latinus idest congruus vt
nostri loquūt, scias orthographiā, prosodiā, syntaxin
idest cōstructionē et etymologiā, quę sūt species grā-
maticę, quę si nescieris nō es dicēdus grāmaticista ml̄to
minus vt tecū loquar artista, hęc ita esse nō nisi sanctis
doctoribus cōfirmabo, alioqui contra te esset Quinti-
lianus, Marcianus Fœlix Capella, Cōsultus Fortuna-
tianus, Aulus Gellius et reliqui scriptores, sed mitto
hos omnes, vnus mihi sufficit non ethnicus, cui nō tm̄
fidei habetis sed Christianus, et omniū Christianorum
doctissimus Augustinus, qui te nisi supradicta scias
arguet non esse grāmaticū, inquiens libro secundo de
doctrīna Christiana, Quid est ergo integritas locutō-
nis, nisi latīnę cōsuetudinīs conseruatio loquentium,
veterū authoritate cōfirmata. Et idem solœcismus qui
dicit̄ nihil aliud est, quā cū verba nō ea lege sibi coap-
tāt q̄ coaptauerūt q̄ priores nobis nō sine authoritate
aliq̄ locuti sūt. Itē barbarismus quid aliud est, nisi v̄bū
non eiusdem lris vel sono enūciatū, quo ab eis, qui la-
tīne ante nos locuti sunt enūciari solet. Ex quibus qdē
verbis non obscure intelligis, quicūq; es siue artium,

Inriū
nisi
rō, q
nisi
tūā,
veri
us,
lati
ma
trac
men
p̄dū
intro
cui
p̄m
vū
nur
eles
apu
si
ca
hab
tor
sum
uole
cōfi
arm
aliqu
exist
nisi
cude
poti
sum
q̄ pub

Oratio.

Iuriūue aut theologię studiosus te nō esse grāmaticū,
nisi sis latinus et congruus in tuis cōstructionibus eo
mō. quo veteres et veri latinitatis authores locuti sūt.
nisi scias orthographiā, hoc est debitā verborū scrip-
turā, et syllabarū accentū et quantitātē, quę si ignoras
ueris aut aduertere nolueris, futurus es baccalaure-
us, mgr̄ vel doctor, vernaculus & germanicus non
latinus. phāmur autē latine nō germanice. Et vt in sum-
ma de linguę latine cōmoditate dicā, quamcūq; artem
tractare aut discere volueris, primum latinitas instrum-
entū est non mō vtile, verum etiā necessariū ad illam
p̄discendā, qua cū facile poteris penetrālia illius artis
introspectere, et quęq; in ea contēta intelligere, & sine
qua frustra laborabis, hoc verū esse p̄bāt iuriscōsulti
primū. Quis enī sine latinitate etiā vera et prisca non
vulgari, qua nunc legulei vtuntur intelliget sylvas &
numerosa iuriscōsultorū volumina: vbi non minor est
elegantia veterūq; verborū candor et p̄prietas, quam
apud summos oratores Ciceronē, Liuium et alios, qđ
si etiam vernaculus esse velis causidicus patronusq;
causarū, rhetorica maxie opus erit, nisi enī quis motu,
habitu et gestu cōgruenter possit, vel iudicē atq; audī-
torē cōmouere vel placare, auersū cōciliare, et remis-
sum erigere, nisi caute possit rem suā exordiri, bene-
uolentiāq; captare, ordinatim narrare, diuidere, sua
cōfirmare, aduersarioꝝue obiecta cōfutare, hoc ē nisi
armis fuerit rhetoricis instructus, oratorioq; in campo
aliquando sudauerit, parum idoneum, immo iutilem
existimo causis actitandis. Et iuriscōsultus demum
nisi in ocio versari velit, et inglorius vitam veluti pec-
cudes transire, vel vt significantius loquar, nisi velit
potius esse proletarius et plebeius quam classarius et
summatīs, accedendi sunt interdum principes, rerū
q; publicarū magistratus, vbi nō legibus sed rhetorica

atq; eloquētia opus est. Vnde antiq̄tus nō nisi summi
oratores Cicero, Caluus, Hortēsius, Gracchi Antoniz
us et reliq; p̄multi causar; patroni aduocatiq; fuerunt.
Quod aut̄ theologis rhetorica et latinus sermo, maxie
necessarius sit p̄bauit ml̄tis v̄bis, iure canonico, autho-
ritateq; Augustini, Hieronymi, Lactātij, Cassiodori in
apologia nostra cōtra poetici nomis hostes. Tamē hic
dixisse me nūq; p̄cātebit, nullū n̄q; tēpestatis theolo-
gū posse intelligere, vt Basiliū, Eusebiū et ceteros grez
cos omittā, nec vel Augustinum vel Hieronymum vel
Ambrosiū, Lactātiū, Cyprianū, Cassiodorū, Fulgētū,
Orosiū vel Tertullianū, Clementem et alios nōnullos
summos theologos, et colūnas fundamētaq; ecclesie
Christiane, nisi poetica, oratorioq; eloquio fuerit vel
mediocriter iustructus. At scio iam p̄les ignoratię sue
ansam arripere solere dicentes, nonne Christus & sui
discipuli nō multū oratorio verū simplici sermone vsi
sunt, cur et nobis nō liceat vel potius deceat ita loqui?
Cōtra q̄s loquit̄ diuus Hieronymus, tales esse homies
affirmās, qui solā rusticitatē p̄ sanctitate habēt, piscar-
tor; se discipulos asserētes, quasi iccirco sancti sint, si
nihil scierit. Et alibi qui i sermōe dicit se imitari ap̄los,
prius imitef virtutes in vita, illoz in loq̄ndo simplici-
tatē excusabit sanctimonie magnitudo, et syllogismos
Aristotelis contorta; Chrysippi acumina resurgens
mortuus cōfutabit, hęc Hieronymus, Si igitur gloria-
būdu te hor; imitatore m iactas, quos iustissimo pro
exēplari sequaris, age totos illos p̄cor imitare, et quē
admodum corrupti et simplici affectator esse vis ser-
monis, sic imitator esto virtutū, insequere cūcta eorū
vestigia, Redde et effinge nobis sanctitatē, fulminatē
q; facundiam Pauli, vitę integritatem, diuinorumq;
eloquiorum eruditionē euangelistarum, Ceterorūq;
ap̄lorū sanctimōia, vltroneaq; pro Christo paupertatem

opprob
ignosc
dicunt
est. sic
pali d
latro
gladi
oculo
resp
facit
Hiero
anue
quid
mag
Secul
poet
& R
pen
scit
in so
dipe
non
Nunc
refo
pph
adu
tyr
sepu
om
alio
scrip
quib
lum

Oratio.

opprobria, necesse, & exquisitissima tormenta. Tunc ignoscam et tibi sermonis simplicitatem, herbamque ut dicitur libere concedemus. Ceterum (teste eodem) ridiculum est, si quis e nobis manens inter Croesi opes et Sardana-pali delicias de sola rusticitate se iactet, quasi omnes latrones et diuersorum criminum rei deserti sint, et cruetos gladios oratorum voluminibus & non arborum truncis oculant. Cogor autem hic paulum diuertit ab instituto, & respondere quibusdam, & theologis, et sacerdotibus sacrilegium ducuntibus legere poetas, propterea quod Hieronymum ab angelo virgis cesum, quod Ciceronianus esset aliquando legerint, primum nouerit Theologum quibus peculiaris prope modum est philosophia. Hieronymum non magis reprehensum esse ob poeticam quam omnem philosophiam & seculares litteras (littere autem seculares sunt artes liberales poetica & tota philosophia) id quod apud eundem Hieronymum & Ruffinum eius tunc inimicum luculenter reperies. Ut autem penitus destruam nodosum illud impitorum argumentum scitote Hieronymum non esse cesum ab angelo, sed hoc ei in somnijs tamen apparuisse, nam cum ob hoc Ruffinus eum quasi periurum criminaret quod iuramentum angelo prestitum non seruasset, respondit somnium tamen fuisse in hec verba. Nunc quod instat pro sacrilegio atque periurio somnii respondendum est. Sed tamen qui somnium criminatur audiat prophetarum voces somnijs non esse credendum, quia nec adulterium somnii ducit me ad tartarum, nec corona martyris in celum leuat. Quoties vidi me esse mortuum et in sepulchro positum, quoties volare super terras esse, quibus omnibus nihil impugnat nisi somnii veritatem, quod autem alio loco poeticam & seculares litteras cibum esse demonum scripserit, nemo miretur, hoc enim ad moniales scripsit, quibus iure meritisimo dissuadere debuit cunctas res humanas (quibus prius renunciasse debuerunt) ne dum

illecebrosa elegiographorū carmina, et cetera oīa quę
nos voluptate quādam detinere et permulcere solēt Sed vt
tandē a diuerticulis qui ad iter institutū redeamus. Sūt
nātes plūmī qui tēpīs penuriā causēt dicētes, se nō tm̄
habere tēpīs, vt tersioribus lris incumbāt, impeditos
magis necessario phię studio, p̄ insignibus aliqñ studio
rū suscipiēdis. Ad quod facile respōdebo, vix tibi deesse
posse vnā in die vel duas horas in quibus sepositis alijs
studijs relaxādi anī grācia, possis hęc nratia studia per
tractare cōmodissime. Et si quāntū alijs tribuūt in tēpestiuīs
cōuiujs, quāntū aleę, quāntū tessere, quāntū denique cytharis,
fistulis reliquisque voluptatibus, tantū tu temporis ad
tersiora studia excolenda superseris, breui futurū spero,
vt in virum disertū atque eruditū sis euasurus. Si vero
neglexeris, ignobilis eū inter eruditos locū obtinebis:
quē in vrbe et inter ciuiles homīes rustici et pastores.
In decem enī annis presertim, si a gymnasio excesseris
vix tibi vel semel dabitur occasio, de predicabilibus,
predicamētis, ampliacionibus, restrictionibus, expo
nibilibus, secūdis intentiōibus, de reliquisque dialectice
disputatiōis ornamentis disputandi. Et postremū nisi
velis sordidus idiota censerī omnibusque esse ridiculo;
loquendū est ad tuos sacerdotes latine et quidē elegā
ter, ceterique cōciliandi homīes eruditi, salutandi, ob
seruandi, nouitatibusque et historijs recēsendis exhila
randi, vrbānitate cōsuetudisque iucunditate, tum demū
in amicitia detinendi, vti quottidie experiuntur ij qui
gymnasia studiose reliquētes, dū in eos oīm oculi ora
que intēta sunt, cogunt nō tam ostētatiōe quā necessario
de rebus vel iucūditatem, admirationē vel nouitatem
afferētibus dissertare et quidē venuste, nisi exertam
canis linguā cūctis elicere velint. Dicā igit tandem quod
sentio tria potissimū esse, quę nos et eloquētes et eru
ditos reddāt, et sine quibus muta omnia sunt et rudia

Oratio.

Sūt autē hęc. bonus videlicet p̄ceptor. lectō optimorū
authorū. et crebra demū exercitatō atq; vsus loquēdi.
hinc qđ nos Germani simus tā elingues et elegātoris
sermōis impitī nllā alia est causa. quā p̄ceptorū īscitiā.
Quare nisi Germāia optios et disertos pueris docto-
res elegerit. et precipue bonos grāmaticos. nisi rudes
illitteratos. et linguę latinę ip̄itos repulerit. exploserit
et eliminauerit vicitim. numq; erimus neq; docti neq;
eloquētes. nisi enī p̄ceptor debita p̄nūciatiōe et accē-
tu quę profodia est concinne loquat. et alios ita loqui
nō minus q̄ttidiani sermōis cōsuetudīe quā doctrīna
instruat. nisi verbis latinis puris et splendidis. quę ex
illustribus authoribus mutauerit tenacissimas adole-
scentiū mētes imbuat. nisi īisdem et ipse quidē crebro
vtatur. nisi recte scribendi rationē non magis vsu quā
doctrīna ostendat. quo mō potest fieri? vt ille quem
ībuendū assumpserit in eruditū atq; disertum virum
euadat? vsq; adeo aut vsus & latine loquēdi cōsuetu-
do efficax est ad bene ornatę loquendū. vt nec arte
īp̄a grāmatica teste Augustino. qua discit locutionum
ītegritas. indigerēt pueri si eis inter hoīes qui itegre
loquerent̄ crescere dare et viuere. Quatinus autem
eloquētia cōparat̄ nō mō doctrīna. verū etiā et multo
efficacius frequēti loq̄ndi vsu et exercitatōe assidua. q̄
mō potest ille loqui latine et qđē diserte? nisi frequēt
īta didicerit ī scholis. at proh dolor nostrates ludīngri
non modo non caste docēt loqui. sed ne bene quidem
latine. nisi sordida et latinitate corruptissima. vnde
potissimū iuuētutis īgenia corrūpūt (natura enī tena-
cissimi sumus eorū q̄ rudibus ānis p̄cepimus. et magis
p̄tinaciter inherēt quę deteriora sunt) hinc a tenera
ætate corrupte loqui a p̄ceptoribus nostris non dico
īstructi sed potius corrupti. non facile dediscere

possumus que teneri inbibimus. quare oraculi loco
habendum dico quod de Timotheo in arte tibiarum
clarissimo tradit. quod duplicem exigeret ab his mer-
cedem quos alius ante se instituisset. credens (quod et
verum est) multo difficilius dedocere errores iam inue-
teratos, quam ea que nunquam didiceris docere. Opus est
igitur in instituendis pueris, quemadmodum et diuus Hier-
onymus tradit ut statim latina et tersa sequatur eruditio
nec contemnenda quasi parua, sine quibus magna con-
stare non possunt. ipse elementorum ordo, et parua institutio
preceptorum, aliter de erudito aliter de rustico ore profertur
hinc Gracchorum eloquentie multum ab infantia sermo
matris Cornelie contulisse fertur, & Philippus Mace-
donum rex Alexandro filio prima litterarum elementa tradidit,
non nisi ab Aristotele eius etatis summo philosopho
voluit. Habito tandem bono preceptore prima eius dili-
gentia erit, ut non nisi optimos & probatissimos lingue
latine auctores pueris proponat, a barbaris autem et
incultis scriptoribus minutisque versificatoribus, ut sunt
Facetus, Floretus vel Antigameratus, Alanus, Physi-
ologus et similes, ita caueat, quasi a calamitate quodam
& labe ingenii. Inquinata enim et corrupta scriptorum
lectio, vitia lectori suo affigit et mentem simili inquirit
nat tabe. Hec omnia non me credatis sed Quintilianum
dixisse, qui optimos et statim et sepe scholasticis legendos
persuadet, primum tamen Ciceronem, qui ut mihi quidem
videtur (ait idem) et iucundus incipientibus quoque &
aptus est satis, tum, quemadmodum Plinius precepit ut quisquis
Ciceroni erit simillimus. Et vnus ex vestris Augustinus
ait, Vergilium propterea legunt paruuli, ut videlicet
poeta magnus omniumque preclarissimus atque optimus,
teneris ebibitus animis non facile possit obliuione aboleri.
Ideoque optime institutum est (teste Quintiliano) ut a Ver-

gilio lectio inciperet. quāq̄ ad intelligendas eius virtutes firmiori iudicio opus esset. Sed huic rei superest tempus. nec enī semel legatur. interim et sublimitate heroici carminis animus assurgat. & ex magnitudine rerum spiritū ducat et optimis imbuatur. nisi igit̄ (vt receptui canā) Germania optimos p̄ceptores selegerit. qui caste loquēdi cōsuetudie et illustribus authoribus teneram aetatem formauerint. nūq̄ erimus neq̄ disertī neq̄ eruditi. Dixi.

FINIS.

Ad Lectorem.

Offendes interdū lector candide moramēta quēdā ex immutatiōe. omissione. inuersione. diuisiōe. transmutatiōe l̄rarū. syllabarūq̄ ac dictionū minutula. facileq̄ cognobilia. curiosa p̄sertim lectione. Subiecimus tamē pauca. quibus nos quoq̄ porrexisse tibi manum videres opera fideliori. Tu boni consule ac vale. Sed hoc vnū monemus. Teutonicus scribi ex archetypo t medio exili. Author t aspirato. Adulescens non adolescens. Hieronymus nō Hieronimus. Sapphicon nō Saphicon.

Recognita & ad archetypū retractata.

Scribe a. ii. philosophō non philō. sepe p̄ sepe. a. iij. cū sūma. p̄ vel sūma. que p̄ futura sūt lege. a. iij. cuiuscq̄ p̄ cuiuscūq̄. optimo non optime. partam non partem a. v. nā ita cōiunxisti. p̄ oīa cōiunxisti. a. vi. p̄ ceritate p̄ proprietate. promptus nō promptus. ac mīme. nō et ac mīme. descēderit p̄ dscēderint. Treuirī p̄ Treuir. nūc Tungri p̄ tūc Tungri. b. i. simus non sumus. poplīs nō phīs. Lōgobardos deniq̄ pro Lōgobardo Deniq̄

Theſſaliã nō Theſſalonicã : b. ij. Scandauia pro Scan-
diauia. Benedis Scyris nō in ſciris. in uasto p r uasto.
tamdiu Germania vincit. nō tam diu vincit. b. iij. inde
ociũ p inde: ociũ. ciuiliũ armorũ p ciuiliũ larmorũ. pxi-
mis nō droximis. Illyride p Illiride. quã ſepius pro q̄
ſepius. Huni nō Huui. foeliciores pfoelicores. quam p
q̄. b. iij. Alexandri p Aexandri. comitata p cõmitata.
Cefarem nō Cefar. c. i. lege diſcrimine. q̄ ſi viginti pro
q̄ viginti. c. ii. De. Lau. Ger. p De. Lan. Ger. Semno-
nes nō Seinnones. c. iij. quociẽs nō quotiẽs. Sarrhace-
norũ p Saracenorũ. c. iij. Hieroſolymis pro Hieroſolis
pergemus pro pregemus. p̄terea p perterea. Illyriũ nō
Illiriũ: c. v. quattuor. vel vt aliũ non quattuor aliũ. Ter
proceres nō proceros. c. vi. Romanoꝝ nō Romano tũ
d. i. legito. q̄ cũ pellegiſſem. Quintilianũ) delectant p
Quintilianũ delectanti) ſic. d. ij. vel merear nō nil mer-
ear. Germani non Germaniẽ. ſit (hodie. non ſit hodie.
fecũda) vnde p fecũda vnde: Turcarũ non Turcorum
d. iij. p̄p̄orũ non phõrũ. Sycãbri non Sycambri. Attica
lingua ſiue. non Attica ſiue. Rhofuita non Rdoſuita.
d. iij. ſi q̄dam pro quidem. eſſe indigenas non aſſe. in
primis pro in priſ. Aeneas non Eneas. e. ij. cũ te nō tũ
te. e. iij. pleriq̄ non ple: riq̄. inſolubilia p̄inſolubila. e
iij. minus nō miniũs: e. v. ob corruptũ p viſi corrup-
tũ. mlto eſt nō multa: e. vi. elegans. Lactantius inſup
nō elegans. Lactan. inſup. eruditiffimi p eruditiffim:
f. i. oĩno pro nino. nimius pro nimimus. Claudium nō
Claud. vel rara non rare. quidam Afrũ non quendã:
f. ij. imbibant non inbibant: f. iij. lutulentus nō lucu-
lentus. pellegunt non plegunt. Heroici pro Herioci.
Apollinaris non Appollinaris: g. ij. plimenta tranſſero
pro pulmenta. trãſſero. emulatus pro emlatum: g. iij
tractabat. hinc pro tractabat hic: g. v. elechemofynam

non elehe
habeo) di
Dauentri
ſticũ nō e
hũs grã
me pro S
me accu
bares. f
ſinep. ſib
rebus: i. v
in nullus. le
noris non
intrepid
non Er. ſi
erre nō err
licũ non Q
non lumi
Impia. cr
non cauſ
q̄q̄ cũ. no
dicaprom
ſtus pro iq̄
moſme pro
iij. pomas
mãdo non
Ruricola

P
N

non elehemosinā. nihil) habeo dum viuram pro nihil
habeo) dū viurā : g vi. Dauentrię. cupit & precib. pro
Dauentrię cupit. & p̄cibus. scholas nō scolas. schola-
sticū nō scolasticū. pl̄ra dicere nō pl̄a. dicere : h i. ijs p̄
h̄js. grāmaticus non es pro gręcus non es : h iij. sepe
me pro Sepe me. iis p̄ h̄js : h v. Tubinga nō Tubigē.
me accusas pro mea accusas : i. ij. barbaries pro bar-
bares. sophistarum pro sophistar : i. iij. semper pro
semper. sibi imptiūt non incipiūt : i. iij. Ni rebus non In
rebus : i. vi. hęc vidit pro hoc vidit : k ij. nullus in. non
in nullus. leticiamq; pro leticlam. illinc non illic : k iij
noris non sentis. lamq; dies. aderant pro dies aderat
intrepidī pro intrepī. mox sibi pro tūc : l. ij. Est lugere.
non Et : l. iij. Atq; non Autq; : l. iij. famem. non famā
erret nō errat : l. vi. immensus non in mensus. Romu-
lidū non Quirini : m. ij. (q̄uis) pro (liceat) : m. iij. limina
non lumina : m. iij. Militia pro Miltia : m v. Sic lege.
Impia. crudelis. furibūda. immanis. iniqua : m vi. ausa
non causa. ex spes non expes. soli non sola : n iij. Tu
q; cū. non Tu cū : n iij. Vigilatę pro Vigilate. immo-
dica pro in modica. carpere pro carpore : n vi. in que-
stus pro iquestus : o i. Clemens pro clemēs : o ij. Mne-
mosyne pro Mnomosyne. dignitatis pro dignatis : o
iij. pœnas pro pœna. Christe sc̄tōr; pro vita : p ij. esti-
mādo non estimando : q iij. Separans non Seperans
Ruricularum non Ruricularum : r ij. ocyor nō otior

Phorce. Ex Aedibus Thomę Anshelmi.
Mense Martio. M. D. III.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.